


PSALMI DAVIDICI SEPTVAGINTA QVINQVE, IN LYRICOS VERSVS, SERVATA ECCLESIASTICAE VERSIONIS *ueritate & Hebræorum uarietate, redacti:*

Authore Ioanne Ganeio Parisino Theologo, Parisiensis ecclesiæ atq; Academiæ Cancellario.

NET CERATAS

NON SATIS VNA TE.




ANCHORA PVPPES.

In geminam anchoram.

Fundabat satis Aonias una anchora puppes,
Dum tantum Ausonijs musa nataret aquis.
Nunc quum Palladiæ sulcant maria omnia naues,
Visa q̄ una parum est anchora, facta duplex.

Lutetiæ Parisiorum cum priuilegio ad sexennium, per Nicolaum Diuitem uia sacerdotum, ad diuæ Genouefes, sub insigni geminæ anchoræ.

1547.



Nicolaus Diues bibliopola Lectori S.

Habes tandem Lector optime Domini Ioannis Gaignei in septuaginta quinq; psalmos odas diu desideratas, quot olim illi per aulicos tumultus edere licuit. Nūc enim plusculum otij nactus, si tibi nō displicere intellexerit institutum suum, perget in reliquos psalmos. Illi autem uni acceptū ferre debes ꝙ aut mortui, aut diu in Italia latitantes Aldini typi in Gallijs reuixerint. Nam hosce typos proximè Aldinos referentes impēsis suis sculptos per me in publicum studiosorum gratia exire uoluit, amplámq; bonorum tibi librorum supellectilem tum parturit, tum à uiris exceptos doctissimis tibi parat his nostris typis propediem excudendos. Nam illo authore non post multos dies è nostra officina prodibunt noua in quatuor euāgelistas & apostolorum acta scholia, cum scholijs in Paulum & Canonicas epistolas & Apocalypsin, multo q̄ antea auctioribus. Ex alienis autem scriptis iam sunt sub incude Cardinalis Contareni Veneti summi philosophi, de Elementis & eorum mixtione libri quatuor: quos proximè sequentur libri Priorum Posteriorumq; analyticorum Aristotelis, à Ioachimo Perionio uiro doctissimo Latinitate donati. Totum enim se bonis libris euulgandis dedidit, siue quos ex uetustis librarijs eruit atq; ab amicis accepit, seu quos in dies in sacra ipse Biblia meditatur: tantùm illi bene precare, deúmq; obtestare, ut diu tibi nobísq; superstitem illum incolumémq; seruet.

Ioannes Auratus Lectori.

Quis nouus hic fidicen? quis nuper Horatius alter
Contulit in Latios sacra, Deumq; modos?
Non Helicon huius, laticis non unda profani,
Sed pia cœlestis fluxit in ora liquor.
Cedite iam uates, quibus unum opus improba morum
Argumenta suis personuisse lyris.
Cedite, qui linguam polientes, pectora cœno
Collinitis: tanti non placet apta loqui.
Cedat & eloquium, morum quod labe paratur:
Hic pueris mores format, hic eloquium.

Iohannes Gaigneius Lectori salutem.

Qui studiosam atq; ex uirtute, καὶ κατὰ τὸν θεὸν uitam uiuere uolet, habet ubi recte uiuendi formam atque exemplar sumat sacrorum bibliorum lectionem: At cui per uarios uitæ huius anfractus (quibus uelimus nolimus distinemur) minus est otij quàm ut tota biblia frequenter euoluere possit, habet unde non neglecta τῶν βιωτικῶν cura, mentem atq; animum τῶν πνευματικῶν delicijs pascat & nutriat, utriusq; instrumenti enchiridion, psalmos dico: illic enim si scientior atq; eruditior euadere cupis, uniuersa propè continetur uetus historia, & ad uiuum depinguntur in Dauide ante delineata Christi mysteria. Sin animus est non tam informando intellectui quàm formandis intendere moribus, & melior esse studes quàm eruditior, facile tibi id pares ex psalmis, quodcunq; uitæ genus uiuere institueris. Nullus enim sacrorum librorum est, in quo tot hominum genera contineantur. Modo nempe exultantem cum deo de uictoria principem uideas, modo ab omnibus ac suis quoq; deiectum humiliter supplicantem: nunc dei gratia de se præfidentem, mox ad orcū propè iamiam constitutum diffidentem: nunc peccatorem audias suas infirmitates & admissa lugubriter deflentem: nunc de innocentia sua exultim gloriantem: ut qui uenturi figura Christi erat, nasciturí quoq; in Christo & in Christo morituri hominis exemplar foret. Itaq; cum tam necessarium atq; utilem esse Christianis librum maiores nostri intelligerent, probè constituerunt ut in diuinis officijs psalmi decantarentur. Hinc factum, ut nullus liber frequentius labijs Christianorum teratur, & sacerdotum maxime: atq; utinam nõ labijs modo, ut uerè possent cum Paulo dicere, psallam spiritu, psallam & mente. At ut nullus est liber in ore sacerdotum frequentior, ita nullus est inter sacros libros difficilior, siue propter hebraismos à septuaginta interpretibus (à quibus sumpta est ecclesiastica uersio) non perspicuè redditos, siue propter ἀναπόδοτα in psalmis frequētia, seu propter latentis prophetiæ obscuritatem. quapropter dolebam tam tritum nostris hominibus librū minus intelligi, multosq; rei difficultate à psalmorum lectione deterreri, aut perfunctorie tantum eos legi, neglectos quia non intellectos. Itaque genus aliquod tractandorum psalmorum (quod ad eorum

lectionem pios homines inuitaret) meditanti mihi nullum occurrebat commodius, quàm si carmine tractarentur: quòd id genus ui quadam & dicendi gratia allicere lectores soleat. quanquam uerò non ignorabam à tribus ante me in metrorum ordinem ac rationem coactos esse psalmos, Germanis duobus & uno Gallo: non tamen decedendum mihi duxi à proposita semel sententia: quòd qui ante me id oneris aggressi essent, uno eodem'q; metri genere psalmos perscripsissent, elegiaco scilicet, quod genus lugubribus primum & miserabilibus querimonijs iuxta uocabuli ἔτυμον accommodatũ est: deinde uerò ad amatoria trãsijt. Lõge diuersissima sunt autẽ in psalmis argumentorum genera: nã alius ἠθικὸς est, formandis moribus aptus: παραινετικὸς alius, qui rectũ uiuẽdi iter sequi moneat: εὐχαριστικὸς alius, εὐκτικὸς alius, alius imprecatorius, & similium generum multa. Itaq; cum iudicarem non omni pedi omnem calceum aptum esse, existimabam quoq; non uno carminis genere tot tam'q; diuersa psalmorum argumenta commode tractari posse: multo'q; fore commodius, si uarijs odarum generibus describerentur: cuius mihi opinionis auctores fuerunt Iosephus historicus ac Hieronymus, qui psalmos Hebraicos asserunt lyricis esse conscriptos. Ausus itaque sum, deo bene iuuante, in uaria odarum genera psalmos transfundere, quod nemo, opinor, ante me tentauerat. Nam præter elegiacos illos poetas, perpaucos lyricis uersibus psalmos Germani aliquot ediderant. Marcus autem Antonius Flaminius uir nostra ætate orator, poeta, philosophus ac theologus summus, lyricos suos nondum ediderat. Testes sunt huiusce rei reuerendissimus Cardinalis Bellaius, & Salmonius Macrinus inter lyricos Gallorũ poetas facile primi: testis est & Petrus Danesius præceptor meus linguarum iuxta ac bonarum disciplinarum peritissimus, quorum censoriæ limæ odas nostras permiseram, annos (antẽq̃ suos lyricos Flaminius ederet) duos: postea autem quàm in publicum edidit, premendarum penè atq; abolendarum auctor mihi harum odarum fuit, suspicanti uidelicet post tam doctos uersus, ingratas insipidas'q; fore eruditorum hominum palato nostras nugas. Quapropter certum erat aut abolere prorsus, aut latentes apud me diutius retinere, nonum'q; iuxta Horatij sententiam in annum pre-

mere: amicis contrà reluctantibus, asserentibúsq; Christiani partes esse ac theologi, quæ ecclesiæ profutura sunt (etsi minus artificio humano polita) proferre in medium. Horum itaq; tandem consilium sequutus uela uentis permitto: obsecrans candidos lectores si quid in sensu, aut dictionis proprietate, uel syllabarum quantitate, peccatum à me fuerit, amicè ingenuéq; ut commonefaciant, magnam utiq; eam ob rem illis gratiā habiturum, & in proxima editione emēdaturum. Hoc autem admonitum lectorem uolumus, non usq; adeo uerborum puritati nos studuisse, ut recepta in ecclesiam uocabula (quorum neq; rem neq; nomen Ciceronis ætas nouerat) abijceremus, ac pro illis noua cudere laboraremus: qualia sunt fides pro religione, fidelis pro religioso, caro pro eo quem carnalem uocant, spiritus sanctus pro tertia persona, uerbum pro filio dei, gratia dei pro ea qua grati illi sumus: sic iustitiam & iustitias dei, uias iustitiæ, patrem misericordiarum, perdere animam, ingredi uiam patrum, pro mori, & nomen dei pro numine, aliáq; eius generis multa Hebræos sequuti usurpauimus: sic blasphemiam & scandalum à Græcis mutuauimus. Hebræorum autem nominum quantitatem aliquoties seruare neglexi, sequutus in hoc Prudentium: malensq; psalmum peregrinæ linguæ quantitate neglecta facilius exprimere, quàm seruata, obscurius. Titulorum autem, quos unicuiq; psalmo præmisimus, explicationem consultò prætermisimus, quòd non multum ad psalmorum intelligentiam faciant, & in illis explicandis δὶς διὰ πασῶν Hebræi uarient. At iam id unum superest quod te lector precatum uoluimus, ut priusq̀ ad odarum lectionem accedas, errata quæ ad finem colligi curauimus, prout illic emendata sunt, suis locis emendanda cures. Quòd si hanc nostram operam tibi placere intellexero, habebis quoq; & in reliquos psalmos pares odas. Interim bene uale, & tuis nos ad deum orationibus iuua.

Ratio, mensura, & scansio metrorum, quibus hæ odæ conscriptæ sunt.

Ode prima monocolos, constans iambico trimetro, quod recipit in locis imparibus, hoc est, primo, tertio, quinto, iambum, tribrachum, spondæum, dactylum, & anapæstum: locis autem paribus, hoc est, 2. 4. & 6. iābum uel tribrachū, & rarissime anapæstum, nisi apud comicos & nos: eum quoq;, quoad fieri potuit, locis paribus uitauimus. Vbi autem sine anapæsto commode sententia reddi non poterat (non enim nobis erat in hoc scribendi genere plena libertas, quibus prophetæ sensus erat reddendus) indulgere nobis aliquoties anapæstū maluimus, q̄ per iambum aut tribrachū lōgius à propheta discedere. Scanditur autem sic, O ter -- bea ᴗ - tum ter -- que fœ ᴗ - licem -- uirum ᴗ -. Et hoc genere scriptæ sunt,

Ode. 1. fo. 1. O ter beatum terq; fœlicem uirum.

Ode. 22. fo. 42. Ah mi deus quousque me sines.

Ode. 51. fo. 114. Miserere obsecro te mei deus bone.

Ode. 69. fo. 146. Serua obsecro, & me quæso saluum fac deus.

Ode 2. monocolos, constans heroico hexametro satis noto genere. Et scanditur sic, Quid tam -- dira fre - ᴗᴗ munt gen -- tes at -- qu' horrida - ᴗᴗ quorsum --. Hoc genere scripta est,

Ode. 2. fo. 2. Quid tam dira fremunt gentes, atque horrida quorsum.

Ode 3. dicolos distrophos, primus uersus heroicus hexameter. Alter est dactylicus tetrameter, qui constat tribus primis pedibus indifferenter spondæo & dactylo: quarto autem perpetuo dactylo. Et scanditur sic, Summe pa - ᴗᴗ rens homi - ᴗᴗ num quid -- tande' est -- ob secro - ᴗᴗ causæ -- Cur tot -- de no -- stris popu - ᴗᴗ laribus - ᴗᴗ. Hoc genere scriptæ sunt,

Ode 3. fo. 3. Summe parens hominum quid tandem est obsecro causæ.

Ode. 73. fo. 153. Vt cunq; ex animo succedant omnia prauis.

Ode 4. dicolos tetrastrophos constat tribus asclepiadeis & quarto glyconico. Asclepiadeus autem constat spondæo, duobus coriambis

& pyrrichio. Glyconicus spondæo & duobus dactylis. Tres primi asclepiadei sic scandũtur, Vindex - - iustitiæ - ∪ ∪ - summe deus - ∪ ∪ - meæ ∪ ∪. Quartus sic, Solui - - st' ē medi - ∪ ∪ ls malis - ∪ ∪. Hoc genere conscriptæ sunt,

Ode. 4. fo. 4. Vindex iustitiæ summe deus meæ.

Ode. 30. fo. 58. Immensis ego te laudibus efferam.

Ode. 46. fo. 106. O robur meum & ô perfugium unicum.

Ode. 62. fo. 131. Quæ me cunq; grauis fit licet ac meis.

Ode 5. est dicolos distrophos. prior uersus est heroicus hexameter, secundus constat dimetro iambico & pentemimeri heroica. Iambicus autem dimeter quattuor tantum pedes recipit: quales, iambicus trimeter. de quo prima ode. Pentemimeris autem heroica constat duobus dactylis & syllaba. Scanditur autem sic secundus uersus, O mi - - bon' & ∪ - clemens - - pater ∪ - perāpe - ∪ ∪ quæso pre - ∪ ∪ ces - . Hoc genere scriptæ sunt,

Ode. 5. fo. 6. Exaudi clamosa tui & pia carmina uatis.

Ode. 74. fo. 155. Vt quid æternum nos abijcis atq; repellis?

Ode 6. tricolos tetrastrophos, primi quiq; duo uersus sunt asclepiadei, & scanduntur ut tres uersus primi odes quartæ. Tertius est pherecratius heroicus trimeter acatalecticus, & ita scanditur, Casti - - ga quis e - ∪ ∪ nim t' aut - -. Quartus est glyconicus ut uersus quartus odes quartæ, & eodem modo scanditur. Hoc genere scriptæ sunt,

Ode. 6. fo. 8. Ne me summe deus uindice dextera.

Ode. 19. fo. 18. Cæli illa species undiq; fulgida.

Ode. 16. fo. 51. Permultis me onerant criminibus mei.

Ode. 36. fo. 73. Tanta & tam grauia extant scelera impij ut.

Ode. 56. fo. 111. Iam tempus est ut me deus optime.

Ode 7. dicolos distrophos, primus uersus est choriambicus & aristophanius dimeter, cõstans choriambo & bacchio siue amphimacro, alter est choriambicus alcaicus tetrameter acatalecticus, constans epitrito secundo duobus choriambis & bacchio siue amphibracho. Scanduntur autem sic, O domin' ô - ∪ ∪ - deus mi ∪ - - . Hactenus spem - ∪ - - consilium - ∪ ∪ - qu' omne meū - ∪ ∪ - locaui - ∪ - -. Hoc genere scriptæ sunt,

Ode.7.fo.9. O domine ô deus mi.
Ode.43.fo.100 Arbiter omnium qui.

Ode 8.dicolos distrophos,primus uersus est asclepiadeus,de quo ante:secũdus est iãbicus dimeter,constans quatuor primis pedibus iãbicis trimetris,nisi quod in ultima sede semper habet iambum. Scanditur sic, Per o ∪ - ra fer ∪ - turom ∪ - nium ∪ -. Hoc genere scriptæ sunt,

Ode 8.fo.12. O quàm mirificè,mi domine & deus.
Ode.60.fo.128. Qui quondam expuleras uindice dextera.

Ode 9.dicolos tetrastrophos.tres primi uersus sũt hẽdecasyllabi sapphici,constantq; trochæo spõdæo dactylo & duobus trochæis. quartus est adonicus cõstans dactylo & spõdæo.Et scãditur sic sapphicus, Grati - ∪ as sem - - per tibi - ∪ ∪ rex ha - ∪ bebo. - ∪ Adonicus uero sic, Carmine - ∪ ∪ nostro. - -.Hoc genere conscriptæ sunt,

Ode 9.fo.14. Gratias semper tibi rex habebo.
Ode 47.fo.207. Quotquot ô gentes habitatis orbem.

Ode.10. dicolos distrophos.prior uersus est heroicus hexameter,alter iambicus dimeter.De quibus ante. Hoc genere scriptæ sunt,

Ode 10.fo.17. Quid stas tam procul à nobis deus optime?cur hoc.
Ode 40.fo.92. Anxius expectans dominum suspiria ab imo &.

Ode.11.dicolos distrophos.prior uersus est heroicus hexameter,alter iambicus trimeter. Scripta est hoc genere,

Od.11.fo.20. Quid me tam demisso animo esse iubetis amici?

Ode 12.dicolos distrophos.prior uersus est dactylicus archilochius heptameter,constans quatuor primis pedibus indifferenter ac mixtim spondæis & dactylis:ferè tamen quartus pes dactylus est,reliqui tres pedes trochæi sunt. Alter uersus est iambicus trimeter catalecticus,una syllaba breuior communi iambico trimetro,& in quinta sede semper habet iambũ.Scanditur sic,Serua - - m' omnipo - ∪ ∪ tens quan - - d' omnia - ∪ ∪ plena - ∪ sunt do - ∪ lis & - ∪ Vix re - - stat ul ∪ - lus qui - - fid' in ∪ - tegra ∪ - sit. - -.Scriptæ sunt hoc genere,

Ode 12.fo.21. Serua me omnipotẽs quãdo omnia plena sunt dolis &.
Ode 49.fo.110. Audite ô gentes hæc omnia quotquot uniuerso.

Ode 13 dicolos distrophos,prior uersus est iambicus trimeter catalecticus,de quo ode præcedenti. Alter est trimeter dactylicus hypercatalecticus,cõstans duobus prioribus pedibus spõdæo aut dactylo indif-

ferenter, tertio dactylo cum syllaba. *Et scanditur sic,* Obli - - *uiscerū* - ∪ ∪ ô *domi* - ∪ ∪ *ne* -. Hoc *genere scripta est*
Ode 13. *fo.* 12. *Quousque tandem serui in aeternum tui.*
Ode 14. *monocolos constans iambico trimetro scazōte, quod praeter naturam communis iambici spondaeum habet sexto loco, & iambum tantum quinto.* Sic *scanditur,* Imma - - *ne quid* ∪ - *tam tám* - - *qu'abo* ∪ - *minan'* ∪ -*d' usquam* ∪ - . Hoc *genere scriptae sunt,*
Ode 14. *fo.* 23. *Immane quid tam tamq; abominandum usquam.*
Ode 53. *fo.* 117. *Immane quid tam tamq; abominandum usquam.*
Ode 15. *dicolos distrophos. prior uersus est dimeter trochaicus catalecticus, constans tribus trochaeis & syllaba.* Scanditurq; *sic,* Ecquis - ∪ ô *de* - ∪ *us bo* - ∪ *ne* ∪. Alter *uersus est iambicus trimeter catalecticus, de quo ode* 12. Scriptae *sunt hoc genere,*
Ode 15. *fo.* 24. *Ecquis ô deus bone!*
Ode 41. *fo.* 95. *O beatus ac nimis.*
Ode. 66. *fo.* 138. *Iubilate quotquot in.*
Ode 67. *fo.* 140. *O deus bone & pie.*
Ode 16. *monocolos constans omnibus asclepiadeis, qui scanduntur ut primus uersus odes quartae.* Hoc *genere scriptae sunt,*
Ode 16. *fo.* 25. *Serua me omnipotens ô deus & tuum.*
Ode 44. *fo.* 101. *Nostris auribus audiuimus ô deus.*
Ode 17. *dicolos distrophos. prior uersus iambicus trimeter ut prior odes primae. alter iambicus dimeter ut secundus uersus odes* 8. *Scriptae sunt hoc genere,*
Ode 17. *fo.* 27. *Audi deus serui tui iustas preces.*
Ode 18. *fo.* 30. *Merito te amabo mi deus, merito colam.*
Ode 39. *fo.* 90. *Proposueram obseruare longe quàm anteà.*
Ode 55. *fo.* 119. *Orationem audi meam ô deus bone.*
Ode 18. *similis est decimaeseptimae.*
Ode 19. *similis est sextae.*
Ode 20. *tricolos tetrastrophos. Primi duo uersus sunt dactylici alcaicā trimetri: & constant pentemimeri iambica (id est iambo uel spōdaeo, deinde iambo & syllaba) reliqui duo pedes sunt dactyli.* Scandūtur *autē sic,* Exau - - *diat* ∪ - *t' ô* - *rex deus* - ∪ ∪ *optimus* - ∪ ∪. Tertius *uersus est iambicus dimeter hypercatalecticus, abūdans syllaba supra*

dimetrum communem. scanditur sic, Te qu'in - - loco ∪ - secu - - r'et al ∪ - to -. quartus est dactylicus alcmanicus tetrameter, constans duobus primis pedibus dactylis, duobus alijs trochaeis. Scăditur sic, Collo cet - ∪ ∪ illa de - ∪ ∪ i ue - ∪ renda - ∪. Conscriptae *sunt hoc genere,*

Ode 20. *fo.* 38. Exaudiat *te ô rex deus optimus.*

Ode 25. *fo.* 47, Fiduciam *ponant alij suam.*

Ode 34. *fo.* 69. Per *omne tempus laudibus efferam.*

Ode 56. *fo.* 127. Iam *tempus est ut me deus optime.*

Ode 21. *dicolos distrophos, constans priore metro glyconico, altero asclepiadeo: de quibus ode 4. scriptae sunt hoc genere,*

Ode 22. *fo.* 40. Nunc *uirtute tua deus.*

Ode 38. *fo.* 80. Ne *me durius ô deus.*

Ode 42. *fo.* 97. Ad *fontes uti limpidos.*

Ode 22. *monocolos, constat iambico trimetro usque ad medium odes.* A *medio constat hendecasyllabo sapphico siue adonio, quo genere nouissimo scripta est huius,*

Odes 20. *pars. fo.* 44. Ergo *uos quicunq; de his reliquus.*

Ode. 33. *fo.* 66. Laudibus *iusti dominum efferamus.*

Ode 23. *monocolos. uersus sunt choriambici alcaici, & constant spondaeo tribus choriăbis & pyrrbichio uel iăbo, & scădiaur sic,* Pascit - - *me dominus - ∪ ∪ - praeterea - ∪ ∪ - quid deerit - ∪ ∪ - mihi ∪∪. hoc genere scripta est,*

Ode 23. *fo.* 46. Pascit *me dominus, praeterea quid deerit mihi.*

Ode 24. *dicolos distrophos.* Primus *uersu est iambicus trimeter, alter est archilochius, constans duobus dactylis & caesura & dimetro iambico.* Et *scanditur sic,* Ipsius *- ∪ ∪ est domi - ∪ ∪ ni - pro in ∪ - de quic ∪ - quid con - - tinet ∪ -.* Hoc *genere scripta est,*

Ode 24. *fo.* 47. Vnius *omnis terra plenitudóq;.*

Ode 25. *similis* 20.

Ode 26. *similis* 6.

Ode 27. *dicolos distrophos. primus uersus est phaleucius hendecasyllabus, constans primo pede indifferenter spondaeo iambo & trochaeo, deinde dactylo & tribus trochaeis uel ultimo spondaeo.* Alter *est dactylicus tetrameter, habens quatuor ultimos pedes heroicii, & scanditur sic,* Quo *non - - tutus e' - ∪ ∪ ambu - ∪ lêmue - ∪ tutus - ∪.* Si

mil -- las ār -- c'undiq; - ∪ ∪ cerno --. Scripta est hoc genere,
Ode 27. fo. 53. Quo non tutus eam, ambulémue tutus.
Ode 28. monocolos: uersus sunt anapæstiá, qui constant ferè anapæsto, tamen spondæum & dactylum nonnunquam admittunt. Scanduntur autem sic, Ad t'om -- nipotens ∪ ∪ - clama -- bo deus ∪ ∪ -. Hoc genere scripta est,
Ode 28. fo. 55. Ad te omnipotens clamabo deus.
Ode 29. monocolos, uersus sunt glyconici. Scripta est hoc genere,
Ode 29. fo. 56. Afferte eia age principes.
Ode 30. similis 4.
Ode 31. usque ad illum locum, tandem ergo me, constant uersibus trochaicis euripideis dimetris catalecticis, qui recipiunt locis imparibus trochæum, tribrachũ, & nonnunquam, dactylum: paribus uerò trochæum spondæum anapæstum, tribrachum dactylum. & scandũtur sic, Hacte - ∪ nus spem -- collo - ∪ c'et. ab eo autem loco usque ad illum, Sed quanta est, uersus sunt iambici dimetri catalectici, minores communibus dimetris una syllaba, & semper habent iambum in tertia sede, & scanditur sic, Tand' er -- go me ∪ - deus ∪ - mi -. reliquũ odæ constat uersu glyconico. Hoc genere scripta est,
Ode 31. fo. 60. Hactenus spem colloco &c.
Ode 32. monocolos, constat phaleucio hendecasyllabo. de quo ode 27. scriptæ sunt hoc genere,
Ode 32. fo. 64. O illos nimis ac nimis beatos.
Ode 75. fo. 157. Iam te extollere laudibus deus mi.
Ode 33. uersus hendecasyllabi sapphici, & ultimus adonicus, sicut ultima pars odes 22.
Ode 34. similis odes 20.
Ode 35 similis 1.
Ode 36. similis 6.
Ode 37. constat solis iambicis dimetris. Scanditur sic, Cau' æ ∪ - mule ∪ - ris im ∪ - pios ∪ -. Hoc genere scripta est,
Ode 37. fo. 75. Caue æmuleris impios.
Ode 38. similis 21.

Ode 39. similis 17.
Ode 40. similis 10.
Ode 41. similis 25.
Ode 42. similis 21.
Ode 43. similis 7.
Ode 44. similis 26.
Ode 45. cõstat asclepiadeis catalecticis, qui breuiores sunt una sylla ba alijs asclepiadeis, & scãduntur sic, Eruc - - tat mi animus - ∪ ∪ - nescio quod - ∪ ∪ - dam ∪. Scripta est hoc genere,
Ode 45. fo. 104, Eructat mi animus nescio quoddam.
Ode 46. similis 4.
Ode 47. similis 9.
Ode 48. tricolos tristrophos. primus uersus est glyconicus, secundus asclepiadeus, descripta ante genera. tertius alcaicus constans spõdæo tri bus coryambis & pyrrichio. Et scanditur sic, de can - - tanda sacris - ∪ ∪ - carminibus - ∪ ∪ - maxim' ab om - ∪ ∪ - nibus ∪ ∪. Scriptæ sunt hoc genere,
Ode 48. fo. 108. Magna est indubie dei.
Ode 72. fo. 151. Regi munera iudicis.
Ode 49. similis 11.
Ode 50. cõstat priore uersu iãbico trimetro catalectico: altero trochai co dimetro catalectico, quorũ mẽsurã uide ode 15. Scripta est hoc genere
Ode 50. fo. 113. Deus potens & fortis ille quondam.
Ode 51. similis 1.
Ode 52. dicolos distrophos. prior uersus est heroicus: alter iãbicus dimeter catalecticus: qui sic scanditur, spurcos - - & im ∪ - pudi ∪ - cos - Scripta est hoc genere,
Ode 52. fo. 116. Quid tua flagitia & mores ô impie iactas.
Ode 53. similis 24.
Ode 54. monocolos uersus sunt archilochij trochaicã tetrametri catalecticã: & constant penè omnibus trochæis: admittunt tamen aliquando & spondæum. septem pedes habent cum cæsura, scanduntur'q; sic: Per tu - ∪ um de - ∪ us be - ∪ ate - ∪ nomẽ - ∪ ac po- ∪ tenti- ∪ am-. hoc genere scripta est,
Ode 54. fo. 118. Per tuum deus beate nomen ac potentiam.

Ode 55. similis 17.

Ode 56. similis 10.

Ode 57. similis 6.

Ode 58. monocolos: constans metro aristophanio iãbico tetrametro brachycatalectico. Sex primos pedes habet eosdem cum iambico trimetro acatalectico, & praeterea septimũ pedem, qui semper est iãbus. Hoc genere scripta est,

Ode 58. fo. 125. Quicunq; adestis iudicanti principi, atq; ea.

Ode 59. dicolos distrophos. prior uersus est iambicus trimeter, alter pentameter, nota genera carminis. Hoc genere scripta est,

Ode 59. fo. 126. Seruator innocentium tu me meus.

Ode 60. similis 8.

Ode 61. constat uersibus similibus primo uersui odes 11. cuius mẽsuram ibi uide. Scripta est hoc genere,

Ode 61. fo. 130. Vociferantem ad te exaudi deus & precationem.

Ode 62. similis 4.

Ode 63. dicolos distrophos. prior uersus est iãbicus dimeter catalecticus: quales sunt uersus secũdae partis odes 11. Alter est pherecratius heroicus trimeter catalecticus, constans spondaeo dactylo & spõdaeo ut tertius uersus odes 6. Hoc genere scripta est haec ode.

Ode 64. dicolos distrophos. prior uersus est alcmanicus dactylicus trimeter hypercatalecticus, secundus uersus est similis secũdo uersui odes praecedentis, scanduntur autem sic, Exau- - di deus - ∪∪ alme pre-∪∪ ces - Clamo-- rem q; me-∪∪um dum - -. Hoc genere scripta est,

Ode 64. fo. 134. Exaudi deus alme preces.

Ode 65. dicolos distrophos. prior uersus est hẽdecasyllabus phaleucius: de quo ode 27. alter est alcmanicus dactylicus tetrameter: de quo ode 20. Scripta est hoc genere,

Ode 65. fo. 136. Si quicquam deus hoc in orbe recte aut.

Ode 66. similis 15.

Ode 67 similis 15.

Ode 68. similis 24.

Ode 69 similis 1.

Ode 70. Monocolos constat iãbico dimetro hypercatalectico, quod habet in prima sede spondaeum uel iambum, secunda & tertia iam-

bum.ſcanditur ſic.Feſti – – n'ag' ô ∪ – deus ∪ –.Scripta eſt hoc genere,
Ode 70.fo.148. Feſtina age ô deus.

Ode 71. dicolos tetraſtrophos.Primi tres uerſus ſunt hendecaſyllabi,& conſtant trochæo ſpõdæo & duobus dactylis.Quartus eſt ariophanius iambicus monometer hypercatalecticus, conſtans prima ſede ſpondæo uel iambo,ſecunda iambo.Scanduntur autem ſic, Hacte – ∪ nus ni – – tor – te deus – ∪ ∪ optime – ∪ ∪.Sic duo alteri uerſus.Quartus ſic,Vt fruſ – – trer un ∪ – quam –.Hoc genere ſcripta eſt,
Ode 71. fo. 149. Hactenus nitor te deus optime.
Ode 72. ſimilis 48.
Ode 73 ſimilis 3.
Ode 74. ſimilis 5.
Ode 75. ſimilis 37.

Index pſalmorum qui redacti ſunt in odas lyricas.



F I N I S.

ODAE DAVIDICAE IVXTA HEbraicam potissimum ueritatem uersibus lyricis Latinæ factæ, per Ioannem Ganeium Parisinum Theologum, Christianiss. Francorum Regis primum Eleemosynarium, & ecclesiæ atque academiæ Parisiensis Cancellarium.

ARGVMENTVM PSALMI PRIMI.

Psalmo primo qui ἀνεπίγραφος est ac titulo caret, docetur nō esse ineundum cū improbis & impiis commerciū, sed in lege domini diuinisque scripturis piis omnibus inuigilandum: quos sua præmia, sicut & impios sua manent supplicia. Appositus est psalmus ad excitandos ad sacrarum literarum lectionem fideles.

Primus psalmus. Ode monocolos, constans iambico trimetro.

1 Ter beatum, terque fœlicem uirum,
Qui non adhæsit impiorum consilijs,
Nec cū improbis sese in uiam dedit: neque
Si forte in illos incidit, diutius
Permansit, at pedem cito inde retulit:
Multò minus uerò locum elegit sibi
In pestilentium cathedra, interque eos
Qui nec Deum agnoscunt suum, & ludibrio
Contemptuique habent uiros omneis bonos.
2 Quanquam nec ulli existimandum sit satis
Deflectere à malo, pietatem ni colat:
Beatus ergo est à uitijs qui se integrum
Purùmque seruat, inque meditandis Dei
Noctes diésque legibus sese occupat,
Et institutis paret eius optimis.
3 Hunc in modum qui se geret, ac uitam suam
Suósque mores normam ad istam diriget,

a Heb. legunt derisorum.

1 Beatus uir qui nō abiit in consilio impiorum, & in uia peccatorum non stetit, & in cathedra a pestilentiæ non sedit.

2 Sed in lege Domini uoluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte.

3 Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo

Erit uirenti consimilis planè arbori,
Quæ iuxta aquarum riuulos perennium
Plantata, & undis irrigata perpetim,
Fructum colono tempore in suo dabit:
4 Cuius nec unquam folia, nec flores fluent:
Quinimò flores perpetuo ac fructus dabit.
Sic ille qui se format ad legem Dei
Vberrimos iuxta atque lenifluos satus
Diuiniorum litterarum riuulos,
Virtutis insignes dabit fructus, eósque
In tempore: at uerò interim si qui ingruunt
Afflictionum feruidi aut libidinum
Aestus, ab ijs metuet nihil: nam coelitus
Fonte irrigatus spiritus sancti, omnia
Quæcumque fecerit, sibi succedere,
Prospera sient illa aut sinistra, sentiet.
5 At impiorum perditorumq; altera est
Longéque dispar ratio: nam haud quaquam ij ferẽt
Florésue fructúsue: imò uero ut puluerem
Paleásque uentus aquilo de terra excutit:
Sic impios furiæ suæ ac nefarios
Agunt, suarum quoquò eos libidinum
Impulerit æstus, illò ut in præceps ruant.
6 Quumq; in tribunali suo, sed iam Dei
Verendus illa dignitate sederit
Christus, supremus omnium rerum arbiter:
Non iam resurgent iudicandi, ut cæteri:
(Quia, inquit ille, qui Deo patri & mihi
Non credit, is iam iamq; iudicatus est:)
Nec ullus illi cum pijs erit locus.
Delicta rursus quisquis illa admiserit,
Patrare quæ consueuit humani ingenij
Oblæsi in Adamo prauitas: & si ille de

4 Et folium eius non defluet, & omnia quæcumque faciet prosperabuntur.

5 Non sic impii nõ sic, sed tanquã puluis quem proiicit b uentus à facie terræ.

b Heb. deest à facie terræ.

6 Ideo non resurgunt impii in iudicio, neque peccatores in consilio iustorum.

Deo piè admodùmque sanctè sentiat,
Ob unicam hanc tamen fidem ne se putet
Fore illius beatitatis compotem,
Christo aggregati qua fruuntur iam pij.
7 Nouit enim & instituta iustorum & uias,
Amátque uitæ sanctimoniam & probos
Mores suorum dominus: ut contrà, impios
Vitámque eorum pessimam odit pessimè:
Qui quam uiam cumque inierint, uitæ genus
Quodcumque sibi delegerint, penitus tamen
Pessundabuntur, sic, eorum ut ne unicum
Vestigium superet quidem, ulláue semita.

7 Quoniam nouit Dominus uiam iustorum, & iter impiorum peribit.

ARGVM. PSALM. 2.

Quanquam, quod ad rei spectat historiam, de Dauide à Phylistæis agitato, nonnullis psalmus intelligi uidetur, tamē Pauli auctoritas locum illū filius meus es tu ego, & ad Heb. 1. & actor. 13 de Christo intelligentis: similiter & apostolorum testimonium acto. 4. duos primos huius psalmi uersiculos de Herode, Pilato, gentilibus ac Iudæis & Christo intelligentium, cogunt ut de Christo à Dauide prophetice conscriptum psalmum intelligamus. Inanis ergo inimicorū Christi conatus describitur à propheta, eiusdemque à patre in æternū regnum inauguratio, & immēsæ potestatis traditio. Obiter uerò de Iudæorum abiectione facta mentione, admonet optimates ac magistratus, potissimum uerò reges, ut æterni patris Christo filio obediant: q̄ immorigeros & incredulos ira dei perpetua, morigeros ac fideles æterna Dei beatitudo manet. Appositus est psalmus ad compescendam Regum & optimatum uiolentiam.

Psalm. 2. Quare fremuerunt. Ode monocolos constans hexametro heroico.

a Hier. turbabuntur. Fælix tumultuatæ sunt.

1 Vid tam dira fremunt gentes atq; horrida! quorsum
Consiliis populi meditantur inania uanis!

1 Quare a fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania?

2 Adstiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in unum, aduersus Dominum & aduersus Christum eius.

2 *Quis furor huc regésque ducésque immanis adegit*
Præcipites, Christo bella importuna deóque
Vt moueant frustra, Christique extinguere uitam
Sese posse putent? nam conciliabula nunc clàm
Vnius in mortem insontis crudelia cogunt:
Nunc posita fronte & manifestis præside coram

3 Dirumpamus uincula eorum, & proiiciamus à nobis b iugum ipsorum.
4 Qui habitat in cælis irridebit eos, & Dominus subsannabit eos.
5 Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos.

Rem peragunt odijs. 3 *Taciti, quin rumpimus, aiunt,*
Queis nos obstringunt durarum uincula legum,
Excutimúsque iugum nostris ceruicibus? 4 *at uos*
Interea summi moderator & incola cæli,
Impia monstra, Deus, uestrósque irridet inaneis
Conatus: 5 *Sed erit, quum iam non rideat, at rem*
Seriò & ultricì expendens hæc omnia dextra,
Tale aliquid dura uobis exprobret in ira:

b Sanct. furnes.

6 Ego autem c constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptum eius.
7 d Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te.

6 *Illum ego quem uestris odijs atroce putastis*
Morte peremptum iri, Sion in uertice sancto
Constitui regem. Sic ad uos ille loquetur
Terribilem frontem quatiens, uultúmque minacem.
7 *Et uobis quoque quid de me decreuerit olim*
Immensa bonitate sua pater optimus, ipse
Exponam modò, Christus ait: de faucibus orci
Quũ me ille eriperet uiuũ, quãquam, inquit, ab omni
Æuo te genui, ac semper de mente paterna
Et gigno, & post hæc æterna in sæcula gignam:
Quũ te hominem tamen effectum mi gnate perempta
Atque triumphata reuocaui ad sydera morte,
Tunc etiam genui, longe charissima patri

c Heb. Ego autem constitui uel ordinaui Regem meum. Chaldæus unxi.
d Hier. Annũciabo Dei præceptum. Fel. Narrabo statutum, id est Dei decretum. Chald. Recitabo Dei pactũ.

8 Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.

Progenies. 8 *Ergo audenter quæcunque placebunt*
Postula, & accipies: ac primum quatenus orbis
Imperia immensos extendit in omnia fines,
Sub ditione tuâ, tua sit possessio gnate.
Et quia neglecta infœlix Iudæa salute
Nec Dominum ipsa suum redeuntem à morte recepit,

Innumeras tibi concedam patrimonia gentes.

e Hier. Pasces Fel. Conteret.

9 Quòd si forte tuum gens dura atque impia pergit
Excutere imperium, uirga rege & attere ferrea.
Et nequando queant in cælum os ponere, frange
In partes ueluti testacea uasa minutas.

9 e Reges eos in uirga ferrea, & tanquam uas figuli confringes eos.

10 Terrarũ imperia era agedum quicunque tenetis,
Percipite hæc, penitúsque animis infigite uestris:
Vos quoque ius populo qui dicitis, 11 omnibus illum
Suppliciter uotis & regem & iudicem adite.
Sic illum colite, sic exultate colentes,
Vt ne effusa nimis uestri sint gaudia cordis,
At sancto potius perfusa pioque timore:

10 Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terrã.
11 Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.

f Hier. Adorate pure. Fel. Osculamini filium. Chald. Recipite doctrinam.

12 Atque uni totos ipsi uos dedite, tota
Mente animóque uelut Dominum amplexamini, eíq;
Quem par est seruos, deferte ac reddite honorem:
Vtq; Deum castè & purè reueremini, & illi
Ceu patris æterni charo super omnia gnato
Figite amicitiæ purissima basia sanctæ:
Atque illi in disciplinam uos tradite: ne si
Iusta recusatis temerè sanctissimáque eius
Imperia, infensi uestrum in caput ira tonantis
Dira cadat, (neque enim longè manet illa nocentes)
Ac tum sic recto de tramite deuij, in imas
Præcipites uosmet tenebras ac tartara detis.

12 f Apprehendite disciplinam, nequãdo irascatur Dominus, & pereatis de uia iusta.

g Hier. Post paululum. Fel. Vel minimum.

13 Quum uerò præceps diuina exarserit ira,
O illos nimium fœlices atque beatos,
Vltrò crediderint qui se suáque omnia Christo.

13 Quum exarserit g in breui ira eius, beati omnes qui confidunt in eo.

ARGVM. PSAL. 3.

Titulus Psalmi est, Psalmus cum fugeret Dauid à facie Absalom filii sui, unde manifestum est Dauidem eum de se conscripsisse. Nã ut 2. Reg. 15 scribitur, seducto blãditiis uniuerso propè Iudæorum populo, quum Dauidem copioso instructus exercitu, Absalom persequeretur, fugit ille in cã

pestria deserti: quo in loco Deum precatus, & de inimicis suis eum eo conquestus, ubi intellexisset opera Chusai Arachitæ elusum Achitophel aduersum se consiliũ, bona spe diuini auxilii animatus, nullos planè tali adiutore inimicos se formidaturum asseuerat. Potest & de Christo Psalmus in persona & figura Dauidis intelligi: quẽ inducat propheta de hostibus suis Iudæis cum patre conquerentem, & demum paterna fiducia sese confirmantem, suamq; resurrectionem & aduersariorum ruinam prædicentem. Appositus est Psalmus ad omnes pios ab hostibus, seu corpore, seu mente afflictatos.

Psalmus Dauid cum fugeret à facie Absalom filii sui.

Psalmus 1. Ode dicolos distrophos: constans heroico hexametro & tetrametro dactylico.

1 Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me? multi insurgũt aduersum me.

1 Vmme parens hominum quid tandem est
5 obsecro causæ,
Quur tot de nostris popularibus
Sic coniuratis odiis iráque tenaci
Regem nil de se meritum male
Fortunis uitáque oppugnent, qui neque uerbo,
Nec re illos unquam uiolauerit!
Nec satis est: in me insurgunt, ac sanguine plenas
In nostrum caput iniiciunt manus.

2 Multi dicunt animæ meæ, non est salus ipsi in Deo eius.

2 Esset at hoc mihi summe parens utcunque ferendũ,
Si non in te etiam conuicia
Congererent: (tanta illorum est audacia) quum me
In Domino prohibent spem ponere,
Nec credunt ullam afflicto restare salutem.
Nulla, aiunt, illi in Domino est salus.

3 Tu autem Domine a susceptor meus es, gloria mea & exaltans caput meum.

a Hier. Clypeus circa me.

3 Sed quod cuique libet, per me licet ille loquatur.
Noui te mihi præsidio fore:
Nam mihi tu clypeus, mihi tu fortissima turris,
Tu mihi spes unus, tu gloria,

Tu me hominem ignotum ac nullius nominis olim es
Innumeris dignatus honoribus.
Tu caput hoc variis ærumnis undique pressum
Magni ex caula culmen in imperij,
Pro magna bonitate tua pater optime uexti.
4 *Interea uerò miris modis*
Oppressus, te unum supplex dominúmque deúmque
Inclamo: neque enim te defore,
Quin nostrum semper clamorem attendere uidi.
Nam quoties in monte tuo, tua
Supplicibus petij sanctissima numina uotis
Ad tua sancta precans altaria,
Exauditus ego hæc toties ea prospera sensi.
5 *Isthoc ergo Deus munimine,*
Hoc ego præsidio contra aduersa omnia fretus,
Omni cura & sollicitudine
Depositis, tuta & tranquilla mente quiescam:
Exurgámque animo cum sederit.
6 *Quid siquidem domino me sustentante timebo?*
Nil est hoc duce quod me terreat.
Vel si me populi circundent milia centum
Immensusue exercitus hostium.
Eia age surge tuásque ô mi Deus exere uires,
Vt saluum facias seruum tuum.
7 *Nupera non est ista potentia: tu Deus olim*
Hostiles uno impete copias,
Atque importunum crudeli mente Saülem
Noui ego quanta ui contriueris:
Et dentes etiam quanta uirtute malorum
Cornuáque illorum confregeris.
8 *Vos ergo admoneo ingenijs ne fidite uestris*
Mortales, hominúmue potentiæ,
Aut ullis opibus. Dominus firmissima uobis

b *Hebr. clamabo & exaudiet*

c *Heb. omnes inimicos meos in maxilla.*

4 *Voce mea ad Dominum b clamaui & exaudiuit me de monte sancto suo.*

5 *Ego dormiui & soporatus sum & exurrexi, quia Dominus suscepit me.*

6 *Non timebo milia populi circumdantis me: exurge domine saluum me fac deus meus.*

7 *Quoniam tu percussisti c omnes aduersantes mihi sine causa: dentes peccatorum contriuisti.*

8 *Domini est salus & super populum tuum benedictio tua.*

Anchora fit, qua uos nitemini.
Inde petenda falus, hinc fractis undique rebus
Vos feruatum iri confidite.
Omnia ab hoc in nos bona fonte & origne manãt:
Dicimur inde, fumus quoque diuites.

ARGVM. PSAL. 4.

Diuino præfidio à cõiuratione Abfalomi filii, ut Rabby Cymhi & Græcis uidetur, aut ut quibufdam, à Saulis perfecutione liberatus Dauid Dei in fe beneficia prædicat, optimates Ifraelis admonens, ne fe fruftra, qui Deo curæ fit, perfequãtur. quibus fuo exemplo adfuturum Deum oftendit, fi quidem à uitiis deftiterint, & pietati deiq; cultui ftuduerint, quem fecutura fit bonorum omnium copia. Hoc Pfalmo fe confolabitur pius pauper aduerfus optimatum uiolentiam.

Victori in neginoth Pfalmus Dauid.

Ode dicolos tetraftrophos: Conftans tribus afclepiadeis metris & 4. Glyconico.

1 2 Quũ inuocarem exaudiuit me Deus iuftitiæ meæ in tribulatione dilatafti mihi.

1 Index iuftitiæ fummè deus meæ,
u Qui me olim, quoties auxilium tuum — 2 Fœlix, cum clamabo refpõde mihi.
Afflictus petii, numine dextero
Soluifti è mediis malis,
Atque ex infidiis tótque periculis
Seruafti incolumem, quique animum meum
Conftrictum uariis anxietatibus
Infufa mihi cœlitus
Dilatare foles lætitia, ut procul
Omni depofita follicitudine
Soli poßit & uni tibi pfallere:
2 Rurfus fubfidium tuum
Pofcentem ex animo refpice, nec tui

2 Miferere mei & exaudi orationem meam.

b Hier. Filij uiri usquequo Inclyti mei ignominiose diligitis uanitatem? Fel. Filij uiri usquequo gloria mea opprobrio sub. fuerit. est inter nos?

Dedignare preces uotáque filij. 3 at
Vos è uulgo homines, uos quoque principes
Appello: hic mihi dicite:
Qua tandem, obsecro, me fronte repellitis?
Quáue ignominia nil meritum malè
De quoquam afficitis? non tolerantia
Tandem perpetua mea
Et summa domini uultis abutier,
Qua dudum tolerat uos patientia?
Nondum intelligitis, quàm nihili fient
In me quæ fabricamini?
Quamdudum ista igitur stulta & inania
Vestro consilia in pectore uoluitis,
Quæ nunquam ex animo próque libidine
Succedent, sed in aera &
Ventos dissoluentur? quid ita placet
Quidquid mundus habet uanum & inutile?
Quid mendacia molimini & omnia
In me fingitis impia?
4 Tandem obsecro animaduertite, & intimo
Mentis consilio quæso reuoluite,
Quo charam sibi sanctámque animam modo
Elegit Deus, eq; tot
Ac de tam uariis & toties malis
Vestro consilio soluerit irrito.
Quòd si forte truces pergitis in meum
Moliri insidias caput,
Hoc scitote, quòd is qui mihi non semel
Poscenti auxilium iugiter adfuit,
Quum clamauero ad illum, audiet, & suum
Mox exaudiet intimum.
5 Ergo tandem aliquando cohibete uos,
Diuiniq; metu numinis à uia

3 b Filij hominum usquequo graui corde, ut quid diligitis uanitatem, & quæritis mendacium?

c Hier. mirabilem reddidit. Fel. segregauit.

4 c Et scitote quoniã mirificauit Dominus sanctum suũ, Dominus exaudiet me quum clamauero ad eum.

d Fel Cõtremiscite.

e Heb. loquimini, siue cogitate, in corde uestro super cubilia uestra & tacete.

5 d Irascimini & nolite peccare. quæ dicitis in cordibus uestris, & in cubilibus uestris compungimini.

Praua toto animo abscedite, nec mihi
Iam posthac maledicite.
Quòd si irascimini, ne tamen interim
Vno uestra die longior ira sit.
Quinimò media nocte cubilibus
In uestris meditamini,
Tunc quum mens uacua est sollicitudine,
Et curis animus liber ab omnibus,
Quàm frustra ac temerè persequeremini.
Qui curæ est domino suo.

6 Sacrificate sacrificium iustitiæ & sperate in domino: multi dicunt quis ostendit nobis bona?

6 *Cui si conciliari cupitis, manúmque*
Iratam, atque animos uindicàs illius
Visum est pinguibus auertere uictimis:
Nulla est uictima gratior,
Nullum sacrificij pinguius est genus,
Quàm iusta & pia mens. hanc itaque hostiam,
Hanc uni domino cædite uictimam.
Non iam illi uituli placent,
Non sanguis uitulæ per populum undique
Aspersus: sed et candida & integra,
Nulliúsque sibi conscia mens mali,
Grata est uictima odoráque.
Ergo ne fragili huic uitæ & inutili
Posthac fidite, neu uestram etiam anchoram
In terram instabilem figite: sed magis
Sperate in domino Deo:
De cuius solita munificentia
Diffidunt aliqui, tanquam abigat suos,
Nec res curet eorum pater optimus:
Ac tum secum ita mussitant:

7 Signatum est super nos lumen uultus tui domine, dedisti lætitiam in corde meo.

Quisnam est diuitias cæteráque omnia
Nobis magnificè qui tribuat bona?
7 *At nobis satis est, plusq; etiam satis,*

Si lucis radio tuæ,
Si candore tui luminis inclyto
Illustraueris iis in tenebris sitos,
Nec uultum ipse tuum auerteris. at magis
In nos ille tuus fauor,
Vultus illa tui gratia prodeat:
\am tunc innumeris commoditatibus,
\t cunctis potiemur subito bonis:
Sic ut deficiat nihil.

8 Heb. Quū frumentū eorum & uinū eorum multiplicata sunt.

8 *Quanquam incredibili lætitia mihi* — 8 A fructu frumēti uini & olei sui multiplicati sunt.
Perfudisti animum, quando, (adeo es bonus)
Vini unà atque olei, farris & optimi
Tam largam undique copiam
Gharis ex animo non modo ciuibus
Sed nostris quoque largitus es hostibus:
Queis tam multum ego abest ut cupiam malè,
Aut quidquam inuideam boni,
Illos diuitiis ut cupiam omnibus
(Si uel te modo sic & dominum & Deum
Agnoscant) reliquisque ad libitum bonis,
Pacatè & placidè frui.
9 *Ipse autem impauidus (nam me animi iubes* — 9 In pace in idipsum dormiam & requiescam.
Securum esse) quoad uixero dormiam,
Contentus bonitate egregia tua,
Quæ formidine liberum
Reddet. 10 *quandoquidem unum hoc semel efficis* — 10 Quoniam tu domine singulariter in spe constituisti me.
Vt uanis hominum sepositis procul
Et spe & pollicitis, conuciam meam
In te spem Deus unicam.

ARGVM. PSAL. 5.

Extorris & profugus à suis ob Saulis persecutionem Dauid, ac multis subinde agitatus periculis, preces fundit

ad Deum, cuius unius spe nixus ac fiducia, & osores persecutoresq; suos perditum, & se seruatum iri, ac Deũ rursus in templo adorare confidit. Deinde explicata hostium suorum improbitate, male illis precatur, & piis omnibus bene ominatur. Aptus est omnibus afflictis psalmus.

Victori ad negnoth psalmus David.

Psalmus 5. Ode dicolos distrophos: Constans primo metro heroico hexametro, & altero archilochio hexametro.

1 Verba mea auribus percipe Domine, intellige a clamorem meum.

1 Xaudi clamosa tui & pia carmina uatis,
O mi bone & clemens pater: percipe quæso preces, (a Hier. murmur. Feel. meditationẽ meã.)
Quas ad te Deus & rex imo ex pectore fundo.

2 Intende uoci orationis meæ rex meus & Deus meus.

2 Attende clamorem meum mi Deus, atque meas
Quas ô rex taciturnus apud me immurmuro uoces,
Ne despice: in te solum enim consiliumque meum

3 Quoniam ad te orabo domine, mane exaudies uocẽ meã.

Spésque meas pono. 3 Quumq; ad te mane supremo
Preces subinde funditem, mane quoque (usqueadeo
De bonitate tua fido) non ambigo quin me
Meamq; uocem exaudias. nec mea uota diu
Ex animo & longo te suspirantia mane
Differ diuue sustine: quin potius quia te
Diligo amoq;, quod æquum & iustum postulo, trade.

4 Mane tibi adstabo & uidebo: quoniam non Deus uolens iniquitatem tu es.

4 Adstabo mane diligens ad te, oculisq; meis
In te mi deus intentis speculabor ab omni
Parte & loco, nunquod mihi subsidium ueniat.
Nam cum humana uacat curis mens omnibus, atram
Noctem exigente sole primo, atque suos radios
Mane nouo exertante, tuas summissus ad aras
Sanctissimum numen tuum postulo suppliciter,
Afflictis ut opem rebus, Deus optime nostris
Benignitate pro tua subsidiumq; feras.

5 Neque habitabit iuxta te malignus, neque permanebunt iniusti ante oculos tuos.

Nã quum nil nisi quod sanctum est rectumq; placere
5 Tibi possit unquam, prauitatemq; habeas odio,

Id mihi persuasum tanquam certissima res est,
Non posse te diutius ferre malos homines,
Nec prauis locũ apud te ullum fore. 6 *praeter enim q̃*
Quòd pessime illos qui suum flagitiis animum
Commaculant, odisti: etiam quicunque loquuntur
Mendaciũ, perdes. 7 *Sed intẽta hominum ingenia*
Fraudibus humani & sitientia sanguinis, omni
Modo execratur atque abhorret, neque respicere
Sustinet illa Dei maiestas inclyta. contrà
8 *Autem ipse fretus gratia illa & bonitate tua*
Ingrediar pater alme tuas securus in aedes,
Et ciuitatem qua exulo: suppliciterq́; etiam
In secreta tui ueniens altaria templi,
9 *Caesis litabo uictimis teq́; colam reuerens.*
Quare age qui nostro semper capiti imminet hostis,
Non prouidenti ne mihi comparet insidias,
Sis mihi duxq́; comesq́; ô mi Deus optime: nec me in
Tuae uagabundum uia desere iustitiae.
Imò uiam ante oculos qua tuto incedere possim
Muni mihi: nec me sinas praecipitarier, aut
De recto uel latum unguem discedere calle.
Nã si uiam uitae istius persequor, atque hominum
Quos maledicta iuuant, fraudes, mendacia, furta:
Horum necesse est ut fiem, quos imiter similis.
10 *Ipsorum uerò ora nihil mendacia praeter*
Pronunciant: nil moliuntur nisi inutilia,
Nil praeter fraudes: 11 *patulum quia guttur eorum*
Instar sepulchri foetidi nil nisi spurcitias
Putridaq́; inuidiae & laetalia pharmaca promit.
Atque ut sepulchro nil uides pulchrius in speciẽ,
Nimirum quod sit perlaeui marmore structum:
Narẽ autẽ ubi intro admoueris, foetidius nihil est;
Sic inimicorum est non dispar caussa meorum.

6 *Odisti omnes qui operãtur iniquitatem, perdes omnes qui loquuntur mendacium.*

7 *Virum sanguinũ & dolosum abominabitur dominus, ego autem in multitudine misericordiae tuae.*

8 *Introibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctũ tuũ in timore tuo.*

9 *Domine deduc me in iustitia tua propter inimicos meos,* b *dirige in cõspectu tuo uiam meam.*

b *Hier. dirige ante faciem meã uiã tuã. Fel. Rectam fac coram me uiam meam.*

10 *Quoniam non est in ore eorum ueritas, cor eorum uanum est.*

11 *Sepulchrum patens est guttur eorũ,* b *linguis suis dolose agebant, iudica illos Deus.*

b *Hier. linguã suã lenificãt. Fel. lingua sua blandiuntur.*

Cadauerosa sunt sepulchra intus, & exterius
Nil nisi blanditias lingua fallace loquuntur:
Detractiones, intime si inspicis, inuenies.
Funditus ergo illos ô rex iustissime dele,
11 Decidant à cogitationibus suis, secundũ multitudinẽ impietatum illorum expelle eos, quoniã irritauerunt te domine.
Et causam eorum iudica: 12 nec sine consilia
Illis ex animo succedere: fac Deus ut te
Intelligant quæ cogitarant homines sine te
Perficere, in nihilum absque labore resoluere posse:
Ac sua pudentes sentiant irrita consilia.
Et quum peccatis peccata prioribus addant,
Eoq; iam deuenerint, ut tua iussa palàm
Et temerè excutere, & tibi coràm obsistere quærant,
In sempiternas disiice & præcipita tenebras.
13 Et lætentur omnes qui sperant in te, in æternum c exultabunt, & habitabis in eis.
13 Contra autem Deus alme tuo qui numine fidunt,
Fac sempiternis gaudiis lætitiaq; simul c Heb. proteges eos.
Exultent incredibili: nec iam ambigo, quin quod
Precamur, id mox fiat & protinus eueniat:
Quum tali mereant sub principe, quum Deus illos
Custodia fretos tua & præsidio foueas,
Inter eosq; habites. 14. Sic omnes haud dubiè qui
14 Et gloriabuntur in te, omnes qui diligunt nomen tuũ, quoniam tu benedices iusto.
Sanctissimum nomen tuum religiosius &
Cum pietate colunt, uita olim æterna sequetur:
Nec gloriari desinent ô Deus interea,
Quòd tu illis ultro beneferis, 15 atque tua illos
15 Domine ut scuto bonæ uoluntatis tuæ coronasti nos.
Benignitate & gratia non secus ambieris,
Quàm scuto & forti clypeo: munimine cuius
Nil hostium truces minas, nil metuant iacula.

ARGVM. PSAL. 6.

Graui quadam infirmitate, ob graue aliquod peccatum, ut putatur orta, percussus Dauid, non tam sui gratia quàm ad exaltandam dei gloriam liberari inde petit: ne destitutum à deo inimici arbitrantes aduersus eum insolescant,

mox autem liberatus hostibus insultat. Aegrotantibus *canendus psalmus.*

Psal. 6. Ode dicolos tetrastrophos: *constans prioribus uersibus asclepiadeis, tertio pherecratio, quarto* Glyconico.

1 E me summe Deus uindice dextera
n Iratoue animo durius obsecro
Castiga: quis enim te, aut
Iram ferre tuam queat?
Nec me unquam ira furóruе is tuus arguat,
Quo delicta semel maxima uindicas.
Patrem quippe seuerum
Malo, quàm intolerabilem
Ac durum esse nimis te mihi iudicem.
2 Quare quum misereri proprium siet
Diuinæ bonitatis,
Non sæuire ferociter,
Iam filij miserere alme parens tui.
Defectus sum etenim uiribus, ac propè
Aeger corpore toto:
Quapropter medico mihi &
Seruatore opus est te Deus unico.
Sana ergo domine ac me remediis tuis,
Quáque soles bonitate
Afflictos, Deus adiuua.
Nam perterrita sunt præ nimio metu &
Horrore ossa mihi, dum metuo mori.
3 Nec perterrita tantum
Sunt ossa: ast animus quoque
Præ morbo & sceleris mole grauissimi
(Quod morbis mage multo grauat omnibus)
Cunctis uiribus omnino
Amissis, iacet heu iacet

1 Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.

2 Miserere mei domine quoniam infirmus sum, sana me domine quoniam conturbata sunt ossa mea.

3 Et anima mea turbata est ualde, sed tu domine usquequo?

Aeternumq́; iacebit, nisi supplicã
Clemens auxilium praestiteris mihi.
Obsecro ergo quousque
Differs subsidium tuum?

4 Conuertere domine & eripe animam meam: saluũ me fac propter misericordiam tuam.

4 Tandem uerte aliquando ad me oculos tuos,
Huncq́; afflictum animum, è tot miseriis Deus
Serua, atque eripe quaeso,
Non ullo merito meo,
Sed sola pietate alme parens tua.

5 Quoniam nõ est in morte qui memor sit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi?

5 Immatura etenim mox ubi spiritum
Et charam mihi uitam
Mors dira abstulerit semel,
Nec laudes celebrabo omnipotens tuas,
Nec laudabo tuum nomen in inferis.
Nam clausus monumento
Et sensu spoliatus ac
Vita, quî poterit cantica, quî modos
Cantare atque tuo pangere nomini?
Nos qui uiuimus uni
Laudes concinimus tibi.
Contrà in morte memor qui fuerit tui
Vix quemquam inuenias, quique apud inferos
Aut te unquam ueneretur,
Aut laudes celebret tuas.

6 Laboraui in gemitu meo, a lauabo' per singulas noctes lectũ meum lachrymis meis stratum meum rigabo.

6 Ipse autem sceleris dum memini mei
Suspirando laboro: & grauius malum
Dum saeuit, lachrymis ac
Longis aera questubus
Pulso: tum quoties me subit illius
Dirae caedis imago atque libidinis,
Quo lectum maculaui
Tetra spurcitie meum,
Ex imo lachrymis corde fluentibus

a Hier. natare faciam.

Mox illum abluo: quin quas ego turpia
Inter gaudia noctes
Duxi, interq; libidines,
Dum uiuam gemitus inter eas traham,
Et suspiria crebra: ac quia sordida
Stratum commaculaui,
Et fœda illuuie meum,
Ipsum continuo & perpetuo abluam

b Heb. caligauit. c Hier. Consumptus sum ab hostibus meis. Fælix. Inueterauit, scilicet oculus.

Multarum lachrymarum fluuio. 7 sed heus
Iam caligne multa
Præ mœrore grauissimo
Obductis oculis & facie mihi
Languescente diu, dum mea crimina
Deploro, obq; inimicos
Contra me insidias gemo:
Totus consenuiq; & ueteli indui,
Quanquam annis uegetis & iuuenilibus,
Aetatem capularem,
Ac uultum silicernij.

7 b Turbatus est à furore oculus meus c inueteraui inter omnes inimicos meos.

8 A me ergo procul hinc ite uiri impij,
Quotquot perniciem atque insidias mihi
Infenso ac inimico
Vultu & pectore tenditis,

8 Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem. quoniam exaudiuit dominus uocem fletus mei.

9 Exaudiuit enim iam lachrymas meas,
Nec tristes gemitus aut querimoniam
Serui ex corde precantis
Despexit dominus sui.
Admisitq; preces omnipotens meas,
Nec quod suppliciter postulo denegat.

9 Exaudiuit dominus deprecationem meã, dominus orationem meam suscepit.

10 Quapropter pudefiant
Hostes, speque sua improba
Frustrati, aut animum & consilium suum
Mutent, aut aliò iam referant pedem,

10 Erubescant & conturbentur uehementer omnes inimici mei, conuertantur & erubescant ualde uelociter.

Et turpem pudefacti
Confeſtim capiant fugam.

ARGVM. PSAL. 7.

Ob regiæ dignitatis reuerentiam mutuato Chus nomine (quod ipſa pſalmi inſcriptio habet) Saulem Dauid exprimens, primum furorem non tam Saulis quàm paraſitorum ipſius deprecatur, tollens quam falſo illi obiiciebant male tractati regis calumniam. Deinde iuſtitiam Dei patefieri, & promiſſum ſibi regnum aſſeri precatus, ſe ab eo pro ſua iuſtitia iudicari poſtulat, & aduerſariis ni reſipiſcant, Dei minatur ultionem: quorum detectam iniuſtitiam in ſuum ipſorum caput redituram prænunciat, laude pſalmum concludens. Appoſitus eſt pſalmus aduerſus calumniatores.

Pſalmus Dauid quem cecinit pro uerbis
Chus filij Iemini.

Pſal. 7. Ode dicolos Diſtrophos, conſtans priore uerſu choriambico monometro Ariſtophaneio, altero choriambico trimetro ſapphico.

a Domine Deus meus in te ſperaui, ſaluum me fac ex omnibus perſequentibus me, & libera me.

a Domine, ô Deus mi
ô Hactenus ſpẽ conſiliumq; omne meũ locaui
Non in arundineto
Iſtius uitæ allicientis ſimul & trahentis,
Interea tamen nos
Turpiter fallentis: at in magnifico tuo illo
Numine libera ergo
Me Deus, meq; eripe quæſo è manibus furentis
Principis, & meorum
Hoſtium, ipſo principe longe magis impotentum:
Qui culicem atque uermem
Impetunt.[a] Sed ne mihi uitam eripiant, leonis
Terrifici in modum, nec
Iam dehinc ſit qui eruat, hinc eripe, meq; ſaluum

a Nequando rapiat ut leo animã meam a quoniam non eſt qui redimat, neque qui ſaluum faciat.

a Hier. lacerет & non ſit qui eruat.

Fac Deus è manúq;
Libera illorum, neque enim est qui eruat atq; seruet.
a Scis Deus & tenes quæ
Charitate erga dominum olim ipse meum atq; regem,
Quáq; fide usus, illum
Quantum amaui, quàm colui rite fideliterq;.
Quòd si ego quid nocere,
Aut eum quidquam uolui lædere: si (quod illi
Fingere crimen optant,
Ac mihi mendaciter impingere) de necando
Principe cogitaui:
Si tam iniquum comperior, pacificè loquenti
Et pariter uolenti in
Pace uitam transigere, ut uerbo alióue pacto
Quæsierim nocere:
4 Si male affeci, aut potius si male me absque caussa
Pro arbitrióque solo
Persequentem deserui, & destitui indigentem
Auxilio: inter illos
Tam feros hostes ušinanis nihiliq; prorsum
Concidam ego: imò uerò
Si mea non iuui opera, nec bona pro malis quæ
Ille mihi struebat
Reddidi, 5 mox terrificus uitã adimat meam mi &
Famam, animamq; uiuo
Vt ferox est eripiat: quin mihi non amicæ
Distrahat auferatq;
Lucis usuram modò, uerùm amplius expetitam
Ac mihi chariorem
Gloriam uitæ, redigat protinus & resoluat
In nihilum, minúsque
Quàm fiet puluis: neque pluris palea æstimetur

b Hier. Si reddidi retribuẽtibus mihi malum & dimisi hostes meos uacuos. Fælix. Si reddidi habẽti pacem mecum malum, & opressi tribulantes me sine causa. Sãctes. Si reddidi pacificæ degente mecum malum qui erui hostẽ meum gratis

3 Domine Deus meus si fecisti istud, si est iniquitas in manibus meis,

4 b Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis.

5 Persequatur inimicus animã meam, & comprehẽdat, & cõculcet in terra uitam meam, & gloriã meam in puluerem deducat.

6 Exurge domine in ira tua. & c exaltare in finibus inimicorum meorum.

c Hier. Eleuare indignãs super hostes meos. Fœlix. Exaltare inter iracundias tribulantium me. Sanct. eleua te propter indignationem hostium meorũ.

Quisquiliisue uanis.
6 .Surge age & te in tempore mõstra omnibus altiorẽ,
Atque tuam exere iram: ad-
uersum eos qui me cruciant, suppetias mihi fer:
Comprime belluarum
Impetum istarum, & rabiem tot scelerum coherce,
Notus ut omnibus sis
Finibus nostrorum inimicorum, etiam & tua illa
Nota sit orbe toto
Vis potestasq; exuperans omnia: qua uel una
Vt tibi uisum erit mox
Destrues quemcunque tibi compereris rebellem.
7 Surge agedum Deus mi,
Vtq; me quondam uoluisti populo imperare,
Sic quoque nunc fac illi ut
Imperem: imprimis tamen accingere ad ultionem &
Iudicium impiorum.
Ciuitatum olim moderatoribus, omnibusque
Ad mala comprimenda
Criminum censoribus ante omnia nequa cuiquam
Vis fieret, probè abs te
Constitutum est. ergo agedum ulcíscere me deus mi, &
Exige ab impio illo
Debitas pœnas meritásque: assere quod dedisti
Imperium atque regnum.
Tum uagabundi populi concio, quæ sub illo
Principe, nec sui nec
Vllam habet curam domini, sed sine lege degit,
Me duce colligetur:
Vt tuum sanctum solita relligione numen
Et pietate adoret.
Arbitratur nam populi pars bona nullam habere
Sollicitudinem te

7 d Exurge domine Deus meus in præcepto quod mandasti, & synagoga populorum circundabit te.

d Hier. Cõsurge ad me iudicio quod mãdasti. id est, si iudicasti me tua gratia dignum imperio, meque imperare populo tuo iussisti, exurge, & fac quod iussisti. Fœlix. exurge ad me, Iudicium præcepisti .i. exurge in adiutorium uindicaturus me de hostibus meis, tu enim de improbis iudiciũ fieri præcepisti.

Nec sui nec iam alterius, sed similem iacenti
Stertere. [8] Quare in altum
O Deus regni solium regredere: illiusq; — 8 Et propter hoc in altum regredere, dominus iudicat populos.
Qui tibi fidit uni
Quæso curam suscipe, ne te populus deinceps
Ambigat imperare.
Sed relaturum meritorum ratione tandem
Se sciat atque credat
Præmium, pœnásue daturum meritas & æquas.
[9] Eia agedum obsecro ut me — 9 Iudica me domine secundum iustitiam meam, & secundum innocētiam meam super me.
Iudices atque inter eos: non quòd ego ipse iustum
Dicere me audeam optémue:
At meam si iustitiam contulero cum eorum
Impietate, spero
Innocens & iustus haberi: me igitur Deus mi
Iudica, & innocentis
Accipe ac caussā assere: quanq̄ haud dubiè breui istud
Conficietur, ullo
Nec modo fiet mea fiducia ut excidat. [10] sed — 10 Cōsumetur nequitia peccatorum, & diriges iustum, scrutans corda & renes Deus.
Noxa mage impiorum
Disperibit. Quinetiam se gladio suopte
Conficiet malorum
Prauitas, contrà dominus iustitiæ colentes
Diriget. is suorum
Intimos sensus probat, at uerò ita, eū ut latere aut
Fallere nemo possit.
Nam cor & renes hominum uisceráq; & medullas
Inspicit, intiméq;
* Hier. Clypeus meus in Deo. — Cuncta scrutatur. [11] meus ille est clypeus meúsque — 11 * Iustum adiutorium meum à domino, qui saluos facit rectos corde.
Auxiliator, illos
Qui pio rectóq; animo & simplice præditi sunt
Mente, periculis &
A malis atque insidiis omnibus eruens: nam

11 Deus iudex iustus fortis & patiēs, numquid irascatur per singulos dies

12 *Arbiter æquus omneis*
Munerat iustos & atrox supplicium è nocente
Vindice sumit ira.
Et licet longe patiens differat ultionem,
Vt redeat, suamq́;
Postulet uir prauus opem, sæuus acrisq́;
Denique puniet: nec
Quidquam inultum ipsi est, sed uti criminibus uetustis
Semper (ut ore duro est
Impudensq́;) admissa noua & deteriora iungit:
Haud aliter diebus
Singulis irascitur, illumq́; suum furorem

13 Nisi cōuersi fueritis gladium suum f uibrauit, arcum suū tetendit, & parauit illum.

Exerit. 13 *& nisi ad se*
Mox reuertatur meus hostis, ueniamq́; supplex
Postulet, ac precetur:
Iam suum uindex gladium dextera iudicantis
Exacuit: suumq́;
Delibutum iamque habet arcum omnigenis nocendi
Artibus, ac paratum:

f Heb. acuet.

14 Et in eo parauit uasa mortis g sagittas suas ardentibus effecit.

14 *Iam sagittas teláque feralia præparauit:*
Tantum ob id, ut flagrantes
Improbos ira atque odio in perniciem bonorum
Confodiens penetret.

g Hier. Sagittas suas ad cōburendū operatus est. Pel. Sagittas suas in persecutores operatus

15 Ecce h parturiuit iniustitiam concepit dolorem & peperit i iniquitatem.

15 *At scelestus concipit iniustitiam ac statim post*
Parturiet dolorem:
Sed meram demum pariet nil nisi uanitatem.
Insidias tetendit

h. figura est. ὕστερον πρότερον prius enim cōcepit deinde parturit.

i Heb. mendacium.

16 Lacum aperuit, & effodit eū. & incidit in k foueam, quam fecit.

16 *Et lacum effodit, latitantem & puteum excauauit,*
Vt me ibi mergat: atqui
Incidet mox in foueam, quam mihi clàm parauit:
Et meritas suorum
Criminum pœnas dabit: 17 *atque in caput eius, eius*
Improbitas dolorue

k Hier. Interitum.

Qui meam in cædem furiosum illum acuit, redibit:
Et uiolenta atróxque in
Verticem ipsius cadet iniuria, uísque aperta
Quam attulit innocenti.
18 *Interim uerò dominum pro meritis suis in*
Me celebrabo & eius
Prædicabo iustitiam, qui sciat impiorum
Consilium dolósque
Vindicare, & perpetuis iustitiam piorum
Gratuitísque donis,
Munerari. sancto igitur cantica nomini eius
Perpetuasq; laudes,
Quandiu uiuam canere & pangere non quiescam.

18 *Confitebor domino secundum iustitiã eius, & psallam nomini domini altissimi.*

ARGVM. PSAL. 8.

Excitantur hoc psalmo pii omnes ad contemplandam creatoris Dei uirtutem ac magnificentiam, summam quoque in regendis & gubernandis iis quæ condidit, sapientiam, & incredibilem in omneis homines beneficentiam. Quanquam autem de omnibus singulisque hominibus intelligi potest psalmus, in quos tanta extitit liberalissime patris benignitas, ut cunctas illis res conditas subdiderit: præcipuè tamen de Christo homine piorum omnium capite intelligendum esse psalmum testatur Pauli auctoritas ad Heb. 2. hunc locum, Minuisti eum paulominus &c. 1. Corinthiorũ decimoquinto eũ locum, Omnia subiecisti &c. de Christo interpretãtis: quippe qui quà homo fuit, sola fragilis corporis natura ab angelis imminutus honore & gloria per passionem & resurrectionem coronatus, omnia pedibus suis sibi à patre concessa subiecerit: & ascendens ad patrem supra omnes orbes eleuatus fuerit. Appositus est psalmus ad contemplandam Dei uirtutem sapientiam ac bonitatem.

Victori ad Githith psalmus David.

Psal. 8. Ode Dicolos Distrophos, constans metro Asclepiadæo & iambico dimetro.

1 Domine dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in universa terra!

2 a Quoniam elevata est magnificentia tua super cælos.

3 Ex ore infantium & lactentium b perfecisti laudē propter inimicos tuos c ut destruas inimicum & ultorē.

4 Quoniam uidebo cælos tuos opera digitorum tuorum, Lunā & stellas quæ tu fundasti.

a Hier. quā posuisti gloriam tuā super cælos. Fælix. quæ sci liat in terra, dedit confessionem tuam super cælos.

b Sanct. & Fel. fundasti uirtutem.

c Hier. ut quiescat inimicus & ultor. Fel. Vt deleres inimicum & ultorem.

1 *Quàm mirificè, mi domine & Deus,*
ô *Per ora fertur omnium,*
Ingens illa tui gloria nominis,
Ignota nobis hactenus.
2 *Nam postquam ille tuus corporis induit*
Formam ac figuram filius,
Et se utcunque Deus conspicuum dedit
Aspectibus mortalium,
Tum diuina statim magnificentia
Præcone nota filio
Ad cælum usque etiam pertigit intimum,
Sic, nemo ut illam nesciat.
3 *Quinimò ipsi etiam matris ab ubere*
Dictante prouidentia,
Dum lac incipiunt sugere paruuli,
Numen tuum illud prædicant,
Virtutemq́; simul constituunt tuam.
Dum scilicet contra impios,
Qui curare Deum res hominum negant,
Curæ esse se Deo indicant.
Ipsi mundo etiam paruuli apostoli
Illiterati ac simplices,
Inuita inuidia uel Pharizæia,
Dum mi Deus te prædicant,
Virtutésque crucis non numerabiles,
Id sanè agunt ut hostibus
Præ magna exta crepent inuidia tuis,
Vltorq́; inultus occidat.
4 *Orbes interea dum uideo ac globos*

Dum tam decoros ordines
Huius stelliferæ militiæ ac situs,
Conuersionésque ac tropas:
Diuini artificis grande oculis opus
Lustro, dum in ista terrea
Vim Lunæ eximiam, inq; undisonum mare,
Sic ut bis in die fluat,
Ac contrà arbitrio refluat illius:
Dum mutuato lumine,
Obscuræ faciem noctis & horridæ
Splendêre cerno: dum polo
Affixa inspicio sydera: dum uagos
Contrà planetas currere:
Demum quando oculis omnia persequor
Consideróque in unius
Soliúsque hominis condita gratiam,
Sic ipse cum Deo meo:
5 *O mi summe parens, ô Deus optime,*
Quídnam est homo magnæ rei,
Quòd tu illum memori mente tenes? quis id
Pro dignitate expenderit,
Quòd rerum ipse potens conditor omnium
Tam uile plasma inuisere
Dignaris? licet haud uile uel infimum est,
Cuius uel unius bono
Sic sese illa Dei summa potentia,
Sic se tremenda dignitas
Plusquam credibile est prorsus inaniit,
Vt esse homo uellet Deus:
Quò tam magno hominem munere scilicet
Donaret, ut Deus quoque
Non audito homini nomine, homo foret,
Immensus ille quum Deus

5 *Quid est homo quòd memor es eius, aut filius hominis quoniam uisitas eum?*

Vilis factus homo, uilem hominem statim
Deum esse fecit maximum.
6 *Nam quâ uita hominum sermo Dei patris*
Ex matre factus est homo,
Diis paulo inferior factus & angelis,
Vna uidelicet modo
Natura miseri corporis, omnibus
Rerum bonarum dotibus
Instructus: reliqua in totum animantia
Excedit, ac longe praeit.
Nec solum ille tuus filius ô Deus,
Sed nos misselli homunculi
Aeternis animis angelici ordinis
Accedimus quàmproxime.
Tu uim sicut & iis mentis & ingenij
Largitus es nobis, uti
Quae iam lapsa diu mox reminiscier
Possimus, & quae subsequens
Aetas temporibus ferre potest suis
Praenotione prouida
Sint praesentia nobis, eáque omnia
Possimus ante cernere: &
Quae sunt ante oculos, uiua animi illico
Perceptione consequi.
Immensa alme parens tu quoque gloria
Nec infimis honoribus
Quem finxisti hominem à principio statim
Ornasti, & illum protinus
Tanquam diuum aliquem qui regeret suis
Orbem uniuersum & integrum
Arte & consiliis, in medio omnium
Praeesse iussisti globo.
7 *Quin & cuncta homini magnificus Deus*

6 *Minuisti eũ paulominus* [d] *ab angelis* [e] *gloria & honore coronasti eum & constituisti eum, super opera manuũ tuarum.*

7 *Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues uniuersos, insuper & pecora campi.*

[d] *Hier. & Fel. à Deo, Sanct. ab angelis: similiter & uersio Chaldaica.*

Largitus est inter manus:
Vt quæcunque uelit, uel pedibus suis
Subiecta reddat omnia:
Immanésue feræ, siméue domesticæ
Oues suésue uel boues:
Aut quæcunque in agris arbitrio suo
Pascuntur, ª ipsæue aeris
Facundæ uolucres, mutáue piscium
Natura, & illorum omnium
Tam dispar facies, quótque uias maris
Terunt, cauernásue incolunt.
Tam largam ergo Deus magnificentiam
Secum ipsa scrutans intimè,
Quas ingrata potest mens tibi gratias
Tales libenter occinit.
O quàm mirificæ mi domine & Deus
Per ora fertur omnium
Ingens illa tui gloria nominis
Ignota nobis hactenus!

a Volucres cœli & pisces maris, qui perambulant semitas maris.

ARGVM. PSAL. 9.

Constat hanc oden ἐπινίκιον esse, qua de insigni ex impio hoste uictoria David Deo gratias agit: siue illa aduersus Goliath fuerit, siue aduersus Laben quēdam, aut Ammonitas uel Amalechitas. Agit igitur Deo gratias de cōcessa sibi uictoria, & patefacta ipsius in perdendis impiis eorumque conatibus frangendis, iustitia: similiter & de præstita piis ac fidelibus misericordia. Demum orat, ut impii compescantur. Appositus est psalmus ad omnes in iusto bello uictores.

Victori super morte insipientis psalmus, David.

Psalm. 9. Ode Dicolos, tetrastrophos, constans tribus primis hendecasyllabis sapphicis & quarto Adonico.

1 Confitebor tibi domine in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua.

1 G Ratias semper tibi rex habebo,
Te celebrabo Deus alme toto
Corde, nec quidquam nisi te deinceps
Carmine nostro,
Ac tuae pangam memoranda dextrae
Gesta: nec me unquam fragilis iuuabit
Istius uitae leuiter fluentis
Vlla uoluptas.

2 Laetabor & exultabo in te, psallam nomini tuo altissime.

2 Sed meas in te Deus optime uno
Et uoluptates ego constitutas,
Sicubi laetandum erit, & mea in te
Gaudia habebo:
Ac tuum nomen fidibus canoris
(Laude sit maius licet illud omni)
Et tuas pulsabo lyrae sonantis
3 Pectine laudes.

3 a In conuertendo inimicum meum retrorsum * infirmabuntur & peribũt à facie tua.

a Hier. Quũ ceciderint inimici mei retrorsum.

In tui fines populi sine ullo
Venerant gentes numero, & feroces
Copiae atque examina barbarorum:
Nec minor una
Me meósque omnes pauor undecunque
Ceperat: sed tu trepidantium atque
Nil fugam praeter meditantium mox
Languida corda
Excitans, & spe propè destitutos
Recreans, ac nos quoque restitutis
Viribus firmans: inimica contrà
Agmina turpem
In fugam uertis, proculéq; nostris
Finibus pellens habitare tutò

Nos facis cæso duce præferocı & Principe eorum.
Atque ita, ut quorum faciem minásque
Ferre uix unquam poteramus, illos
Cerneremus mox animis remissis
Vertere terga,
Et labascentes semel interire,
Nec satis consistere posse firmos:
Dum tuum irati nequeunt modo ullo
Cernere uultum.

b Fel. R. gorē meum.

4 *Scilicet caussam speculans ab alto*
Hostis & nostram rigidum tribunal
Scandis, & discussa utriusque caussa, æquissime iudex.
Méque non spernis miserum, meámque
Pauperis caussam atque humilis tueris,

4 Quoniam fecisti iudicium meum & b causam meā, sedisti super thronū qui iudicas iustitiā.

5 *Ac meos contrà increpitans reprendis*
Durius hostes.
Tunc suo cum principe curribúsque,
Atque equis bellacibus & superbis,
Bellicóque omni semel apparatu
Interierunt.
Nec modo uires penitus meorum
Hostium fregisse satis putasti,
Ni semel radicitus omnem eorum
Famam aboleres.

5 Increpasti gentes, & periit impius, nomen eorum delesti in æternum & in seculum seculi.

c Hier. Inimici completæ sunt solitudines in finem.

6 *Quo minæ euasere tuæ arrogantes*
Barbare hostis? quò truculente uoces
Hæ superbæ & magnificæ, quibus nos
Nostráque pessum
Nunc dabas? num uasta rogo atque inanis
Facta Iudæa est, uti mox futurum
Ipse iactabas? penitúsne nostræ

6 c Inimici defecerunt frameæ in finem, & ciuitates eorū destruxisti.

Interierunt
Ciuitates! 7 interiitne eorum
Mentio ac nomen, quibus ipse nuper
Tôtque es etam dira minatus! an ne
Nullum inimicâ
Numen in cælo est (uti credidistis)
Imperans! non ille magis suorum
Suscipit curam Deus, atque in æuum
Permanet! 8 an non!
Vt bonos prauósque sua æquitate
Iudicet, iam olim ille suum tribunal,
Et thronum instruxit soliúmque regni,
Iustus ut inde
Ius suis dicat populis, & orbem
Iudicet iuste! 9 uiolenter ergo iis
Quos premit, quos persequitur tyrannus
Subuenit, atque
Pauperem oppressum penitúsque cuncto
Destitutum subsidio suorum
Subleuans, illi auxilium & fauorem in
Tempore præstat.
10 *Ergo te quisquis Deus alme nouit,*
Ac tuum numen: tibi fidat uni,
Spem suam in te collocet uno, & abs te
Pendeat uno.
Nam piè sanctéque tuum colentes
Numen, & te suppliciter petentes
Semper audisti, neque tempore ullo
Deseruisti.
11 *Eia age ergo uni domino canentes,*
Qui sibi Sion habitationem
Ac domum elegit! celebrate, & illi
Cantica laudum

7 Periit memoria eorum d cum sonitu, & dominus in æternum permanet,

8 Parauit in iudicio thronũ suum, & ipse iudicabit orbẽ terræ in æquitate, iudicabit populos in iustitia.

9 Et factus est dominus refugiũ pauperi, adiutor in opportunitatibus in tribulatione.

10 Et sperent in te qui nouerunt nomen, tuum quoniam non dereliquisti quærẽtes te domine.

11 Psallite domino qui habitat in Sion, annunciate inter gentes e studia eius.

d Hebr. Cum *ipsis.*

e Hier. operationes. Bel. ou *pera.*

Dicite: ac ne eius studia atque gesta
Barbaræ ignorent memoranda gentes,
Nunciate hæc inter eas, ut illum
Nulla deinceps
Natio ignoret: potiúsque ab omni
Liberata errore, Dei apprehendat
Vnius cultum, posita procul su-
perstitione.
12 Nam uiri effusum semel innocentis
Sanguinem nunquam sinit esse inultum:
Sed suos ulciscitur ille iudex
Iustus & æquus:
Nec precem obliuiscitur intimo ad se
Supplicantum corde, suósque semper
Pauperes exaudit, in unico se
Præsidium omne
Collocantes. 13 ergo Deus tui iam
Serui ope humana auxilióque prorsum
Destituti, oro miserescæ: quumque
Vexer ab illis
Hostibus nostrísque tuísque, qui nos
Pessimè oderunt: 14 uide & inspice ut me
Inferorum è faucibus extrahas ac
Limine mortis.
Tunc tuas laudes memorabo, têque in
Monte Sionis celebrabo aperta
Ianua, ut quisquis uolet audiat: 15 sed
Interim ouabo
Ob salutem abs te mihi præstitam, & quòd
Quam mihi gentes foueam pararunt,
Inciderunt primum in eam, suo cum
Principe: 16 quódque
Comprehensus pes sit eorum in illo

12 Quoniam requirens sanguinem eorum recordatus est, non est oblitus clamorē pauperū.

13 Miserere mei domine, uide humilitatem meam de inimicis meis.

14 Qui exaltas me de portis mortis, ut annunciem omnes laudes tuas in portis filiæ Sion.

15 Exultabo in salutari tuo f infixæ sunt gentes in interitu quem fecerunt.

f *Vel. Demersæ sunt gentes in fouea.*

16 g In laqueo suo quem absconderūt, comprehensus est pes eorum.

g *Heb. in reti quod.*

17 Cognoscetur dominus iudicia faciens, in operibus manuum suarum h comprehēsus est peccator.

Quod tetenderunt mihi rete. 17 post hæc
Iudicem te ergo esse Deum scient qui
Supplicium de
Impiis sumit, meritumq; iustis
Præmium reddit: siquidem suopte
Comprehendentur scelere, & suo se
Indice prodent

h Hieron. ruit.

18 Cōuertātur peccatores in infernum, omnes gentes quæ obliuiscuntur Deū.

Impij, 18 infernique cadent in ima,
Cumq; eis gentes populique cuncti,
Qui Dei non sunt memores, nec illum in
Pectore gestant.

19 Quoniam non in finem obliuio erit pauperis, patientia pauperum non peribit in finem.

19 Pauperum uerò dominus suorum
Curam habens, semper memor est eorum:
Nec futurum est spes ut eos inanis
Fallat alátue.

20 Exurge domine non confortetur homo, iudicentur gentes in conspectu tuo.

20 Surge age, ut non continuo inualescant
O Deus meq; interimant tui hostes,
Ac mei: profer faciem seueram
Vt te aliquando
Iudice agnoscant sua facta gentes

21 i Constitue domine legislatorē super eos ? sciant gentes quoniam homines sunt.

Impia ac crudelia: 21 tu pauorem,
Incute illis terrificum & timorem,
Ne nimium se
Efferant: & qui nimis insolenter
Se Deos olim fore crediderunt
Ac sinistris casibus altiores,
Tandem homines se
Sentiant esse, & miseros, ad omnem
Casum & ærumnam genitos: ut inde
Vel Deum agnoscant aliquando iustum
Iudicem & æquum.

i Hier. pone domine terrorem eis. Fel. pone domine iugum ipsis.

ARGVM. PSAL. 10.

Imprecationem habet aduersus impios & improbos psalmus, qui Græcis quidem ac Latinis pars est noni psalmi, Hebræis autem numero decimus. quo de impiorum importunitate & intoleranda superbia ac insolētia qua pios affligunt, cum Deo conqueritur: quorum curam similiter & de impiis ultionem uni illi committit. Concludens breui adfuturum Dei regnum ac iudicium: quando præmia iusti referent, & supplicia ferent improbi. Appositus est psalmus ad reprimendā superborum & impiorum aduersus pios & humiles insolentiam, quā hic graphice depingit.

Psalmus decimus, Ode dicolos distrophos, constās heroico hexametro & iambico dimetro.


1 Vid stas tam procul à nobis Deus optime! q quur hoc
Atrocī & aspro tempore
Quur oculos auertis & iis finis undique iustos
Vexari & opprimi malis?
2 Dum sese effert, ac sibi nil non arrogat, omnes
Homo impotens & impius
Persequitur captatque afflictos, atque lacessit:
Doloribus uerò interim
Pauper & ærumnis incenditur. ô Deus ergo
Tandem excitare & inspice.
Consiliis fac ille suis capiatur, & illis
Irretiatur quos parat
Et tendit contra miserorum examina, casses.
3 Nam non modò in libidine
Perplacet ille sua sibi, non modo fertur in omne
Infandum & horrendum scelus:
Sed lætatur habere pares quotcunque feruntur
Non dispari libidine,

2 a Hier. In superbia impij ardet pauper. Sanct. propter superbiam impii persecutionem sustinebit pauper.
b Heb. Comprehēdantur.
3 c Hier Quoniam laudauit impius desiderium animæ suæ & auarus applaudēs sibi blasphemauit dominū. Sāct. Quoniam laudauit se impius super desiderium animæ suæ & auaro benedixit. irasci fecit dominū Fel. Quoniam laudatur impius iuxta desideriū animæ suæ & iniquos benedicit blasphemanti dominū constāter enim Heb. initiū sequentis uersus exacerbauit dominū impius, cū finem huius & modo prædicto exponunt.

1 Vt quid domine recessisti longe, despicis in opportunitatibus, in tribulatione?

2 a Dū superbit impius incēditur pauper b comprehenduntur in consiliis quibus cogitant.

3 c Quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ & iniquus benedicitur.



Aut cupidè lucrum sectantur: eos quoque summis
Effert in altum laudibus.
Nec tantum iniuriis dominum afficit, ac probat illi
Conuicia & blasphemias
Dicentem infandas, impuróque ore uomentem:
4 Sed te exacerbat ô Deus,
Próque furore suo nimis iracundus, & ultra
Modum graui arrogantia,
Quam uultu atque oculis præ se fert ille superbis,
Te spernit atque negligit:
Vtq; futurorum nimium securus, in omnem
Mentis suæ libidinem,
Fertur, nec quidquam inquirit prauúmne bonúmne
Sit: 5 nec Deum ante oculos habet,
Quinimò nullum esse Deum putat: imò nec illi
Ipsius in mentem uenit.
Cœnosæq; licet sint eius semitæ, in illis
Perbellè habet tamen, atque ei
Succedunt præter meritum omnia: 6 sed neque quoq;
Tui timore carpitur
Iudicii, quasi uerò nemo obsistere tantæ
Insaniæ & dementiæ
Possit: & ipse suos solo prosternere flatu
Hostes nec imbelles queat,
Quin mage ad arbitrium ut uictor dominarier illis.
7 Nam sic apud se cogitat
Ac secum statuit: permulto tempore uiuam,
Nec prorsus ullam iniuriam
Accipiam: neque uis aut ulla potentia tanta est,
Mouere quæ me de gradu
Florentique statu rerum ullo tempore possit.
Semper beatus ac potens
Inquit ero. 8 Quid enimuero mendacia, quídue

4 Exacerbauit dominum d peccator, secundum multitudinem ira suæ non quæret.

5 Nō est Deus e in cōspectu eius f inquinatæ sunt uiæ illius in omni tempore.

6 g Auferuntur iudicia tua à facie eius h omnium inimicorum suorū dominabitur.

7 Dixit enim in corde suo nō mouebor à generatione in generationem i sine malo.

8 Cuius maledictione os plenū est k & amaritudine & dolo, sub lingua eius l labor & dolor.

d Sanct. impius propter superbiā quā facie præ se fert non quæret Deum.

e Hier. & Sanct. in omnibus cogitationibus eius.
f Hier. parturiūt uiæ eius. Fel. & Sanct. Prosperabuntur uiæ eius. Flaminius molestæ sunt uiæ eius.
g hier. longe sunt.
h hier. omnes inimicos suos despicit. Fel. Flatu prosternet, Sanct. in omnes sufflabit.

i hier. ero sine malo.

k hier. auaritia
l hier. dolor & iniquitas.

Fallacias narrem ipsius?
Nam quicquid loquitur, quicquid meditatur, ad unã
Solámque tendit proximi
Perniciem: neque quicquam aliud periuria præter,
In pestilente lingua habet.
Nil aliud præter conuitia multa, dolósque:
Iniuria est & prauitas
Perniciésque, labris quicquid fallacibus ille
Garrit. 9 *nec istud clàm modò*
Insidiatorum more efficit atque latronum,
Qui clanculum in uillis agunt,
Aut deserta colunt potius spelæa ferarum,
Vt inde quosque deuorent
Egressi: modicum foret id, nisi & atria regum
Clámque obsideret diuitum
Atque opulentorum palatia: ut egredientes
Inde innocentes cæderet.
10 *Rursum humilẽ intentis oculis respectat, & illũ*
Obseruat, ut si qua potest
Arte doloue nihil meditantem talia captet,
Aut qua potest cunque opprimat:
Haud secus atque leo insidians, dum spectat ab antro
Num præda sese ulla offerat.
11 *Sic modò ui, modò & insidiis agit impius, & nil*
Diesq; nocteśque integras
Prorsum aliud molitur, nil aliud meditatur,
Quàm quomodo in technas suas
Afflictum protrudat & in sua retia: 12 *quem si*
Illò semel protruserit,
Inq; suos laqueos incautum iniecerit, illum
Calcabit, ac deiectum humi
Dilaniabit, & in quamplurima frusta secabit,
Nec ipsius miserebitur.

m hier. Sedet insidians iuxta uestibula in absconditis ut interficiat innocentem. Fel. Sedet in insidiis pagorum in occultis occidens innocentem.
n hier. Robustes circumspiciunt.
o hic cubili Fel. tugurio.
p Hier. rapiet pauperem dũ attraxerit eum ad rete suum. quod enim sequitur, Hebr. iũgunt cũ hoc uersu.
q Hier. & cõfractũ subiiciet & irruet uiribus suis ualẽter. Fel. Subsidebit, humiliabitur & cadet in fortitudine eius exercitus cõtritorũ. Sanct. Cõtritũ humilémque se ostẽdet, & cadet cum fortibus eius congregatio pauperum.

9 m *Sedet in insidiis cũ diuitibus in occultis, ut interficiat innocentem.*
10 *Oculi eius* n *in pauperẽ respiciũt,* *insidiatur in abscõdito quasi leo in* o *spelunca.*
11 *Insidiatur ut rapiat pauperẽ,* p *rapere pauperem dũ attrahit eum.*
12 *In laqueo suo* q *humiliabit eũ, inclinabit se & cadet, cum dominatus fuerit pauperum.*

Ac ueluti leo se incuruat, quo fortius ipsam
Insultet in praedam: haud secus
Impius inclinat sese, se deiicit, ac se
Quandoque summisse gerit,
Vt nec opinanteis humiles sic fallere possit:
Tum ui & dolo potentius
Commodiúsque etiam multo consurgit, & omnes
Vi caedit ac frangit sua.

13 Dixit enim in corde suo, oblitus est Deus, auertit faciem suam ne uideat in finem.

13 *Sic uerò reputat secum: nostratia cuncta,*
Quidue hic agam ignorat Deus.
Aut si quando intelligit, obliuiscitur: ulla
Nec ille cura tangitur
Rerum humanarum: quin uultum auertit ab illis,
Videre ne quando queat.

14 Exurge domine Deus & exaltetur manus tua, ne obliuiscaris pauperum.

14 *Sed satis indultum est illi Deus optime: iam nunc*
Surge, erige ultricem manum:
Vt qui te oblitum falso sua crimina dicit,
Intelligat quàm sis memor
Pauperis, ipsiúsque: ut munere scilicet illum
Pro lenitate animi sui,
Dones, commeritis istum pro crimine poenis
Manu seuera punias.

15 Propter quid r irritauit [s] impius Deum? dixit enim in corde suo non s requiret.[s]

15 *Sed quae tanta istaec Deus est audacia! tanta*
Insania & dementia,
Vt etiam maledicto incessere perfidus ausit.
Conuiciantésque in suum
Exertare Deum linguas, ac dicere secum:
Non curat ille quidnam agam,
Quae scelera admittam, uel quàm crudeliter atque
Passim innocentes opprimam!

r Hier. Blasphemauit.
s Sanct. & Fel. nõ requiret.
t Hier. Vides quia tu laborẽ & furorem respicis ut detur in manu tua. Sanct. Sed tu uidisti peruersitatẽ & iram aspexisti, & quia dedit seipsum in manu tua.

16 t Vides quoniã tu[s] laborem & dolorem consideras, ut tradas eos in manus tuas.

16 *Sed conuicia quae uolet impius ille loquatur:*
Nam tu interim cuncta haec uides,
Dissimules aliquando licet: nec te latet ulla,

Qua pauperes uexet tuos
Afficiatue molestia: nec furor intolerandus
Illius, ob quem & nos pij
Iuste indignamur, non tam nostra ob mala, q̃ q
Conuicia in te iactitat
Quæ te nequaquam fugiunt: quin omnia longe
Illo intueris clarius,
Non ut dissimules semper, sed tempore in ipso
Vltrice dextra uindices.
17 Contra autẽ pauper, populúq; abiectus ab omni,
Et se & suam causam tibi
Vni committit, solum te spectat in unum.
Adiutor orphano quoque
Opportunus eris: nec eum auxilióque carentem in
Afflictione deseres.
18 Eia age consurge, & uires confringe maligni,
Robúrque contere impij,
Et super improbitate inquire illius: ubi autem
De perditis tum moribus
Tum doctrina eius disquirere cœperis, ecce
In nihilum abibit illicó.
Nec tum illum inuenias usquam: nam iudice semet
Damnatus, ac uultum tuum
Aufugiens, mox æternas descendet in umbras.
19 Ergo impiorum uiribus
Confractis Deus, atque illorum robore quasso
Pro rege se & domino geret
Semper, & æternum imperium sine fine tenebit.
Ipse autem ego ô uos impij
Nec longo in terris uicturos tempore, nec, quum
Vobis migrandum istinc erit,
Viuorum in terram (quæ sola atque unica uere est
Et pars piorum & portio)

u Hier. Tibi relinquuntur fortes tui. Sãc. Tibi reliquit causam suam pauper.

x Hebr. non inuenies sub. impium quasi sola domini inquisitione iã damnatum & perditum.

y Hier. dominus rex seculi & æternitatis
z Hier. perierunt.

17 u Tibi derelictus est pauper: orphano tu eris adiutor.

18 Contere brachium peccatoris & maligni, quæretur peccatum illius & non x inuenietur.

19 y Dominus regnabit in æternũ & in seculũ seculi z peribitis gentes de terra illius.

Vnquam uenturos annuncio: sed neque qui sunt
Vestræ improbitatis æmuli:
Vt curæ esse Deo uel sero humana putetis,
20 *Nam uota tandem pauperum*
Et desyderium audiuit: quin diriget unà
Mentem ac uiam ipsorum, & suas
Illorum Deus omnipotens atque optimus aures
Accommodabit ad preces.
Quumque ut uascula mũda Deo sua corda pararint,
Non dissimulanter audiet.
Nimirum oppressum & pupillum ut uindicet: ac iam
Sæuire homuncio in pios
Desinat, ac sese supra se efferre: nec ullam
Vim pauperi afferre audeat.

20 Desiderium pauperum exaudiuit dominus, a præparationem cordis eorum audiuit auris tua.

a Hier. Præparasti ut cor eorum audiat auris tua. Fel. Diriges cor eorum auscultabit auris tua.

ARGVM. PSAL. 11.

Expostulationem habet hic psal. aduersus fictos in aula Saulis amicos, qui persequente se Saule negabant tutum illi esse ad latitandum in Iudæa locum, suadebantque subinde latibula mutare, ac potius ad gentes transire: aduersum quos suæ sibi iustitiæ conscius & innocentiæ, Dei fiducia ac prouidentia sese confirmat: quippe qui & supplicium sumpturus est de impiis, & pios muneraturus. Mutantur hoc psal. personæ. Primo uersu propheta loquitur, 2. & parte 3. amici ficti: & ab eo loco iustus autem & c. usque ad finem, solus propheta. Pertinet psalmus ad iniuste exulantes.

Victori Dauid psalmus.

Psalmus undecimus. Ode dicolos distrophos, cōstans heroico hexametro & iambico trimetro.

1 Q Vid me tam demisso animo esse iubetis amici,
Vt hostium contra dolos atque impetus
Mentē animúmq; simul despondeā, & alitis instar
E monte transmigrantis in syluam, fugam
Confestim capiam, sanctóq; è monte recedam,
Et ciuitate me relicta conferam in
Illa cauernosæ lustra horrida & ardua rupis:
Quum misericordia Dei summi atque ope
Confidam egregia! Quòd si sperare iubetis
Exercitu instructum & uiris potentibus,
Quanto, uos obsecro, magis uirtute Deique
Et summi & optimi auxilio instructum optimo!
2 Propterea uerò tibi consulimus capiendam
Fugam esse, propteréq; quàm citissime
Hinc concedendum, q iam iā arcū atque pharetras
Habeant paratas impij & tetenderint:
Scilicet ut iustos recta iaculentur in omnes
Vimq; adferant non clam modò, at palàm piis,
3 Quòd leges (quibus in primis Respublica constat)
Perfecta fundamenta publici status
Euersæ ac passim neglecto iure iacentes,
Nullum relinquunt ulterius locum bonis.
At iustus quidnam admisit! quidnam obsecro feci,
Quur innocenti mihi male ex animo uelint!
Quas ob res mihi quum bene sit mens conscia recti,
Suáque fretus animus innocentia:
4 Quanta meo impendent capiti discrimina cumque,
Nunquam tamen fiet ego mente ut concidam:
Sed fidenti animo erectóq; ad sydera uultu,
Sperabo ab uno præsidium unicum Deo.

Fæl. & Sanct. transmigra ex monte uestro.

b Hier. & Fæl. Posuerūt sagittas suas super neruum. Sanct. super chordam.

c Hier. leges dissipatæ sunt. Sanct. Recta destruentur. Fæl. Fundamenta destruentur.

1 In domino confido quomodo dicitis animæ meæ a trāsmigra in montē sicut passer.

2 Quoniā ecce peccatores intenderunt arcum b parauerūt sagittas suas in pharetra, ut sagittēt in obscuro rectos corde

3 Quoniā c quæ perfecisti destruxerunt, iustus autē quid fecit?

4 Dominus in templo sancto suo, d dominus in cælo sedes eius.

4 In templo sedet ille suo, nec uota precantum
Et suppliciter abs sese opem poscentium
Despicit: eius ego & templa & sacraria supplex
Ieiunio atque oratione & lachrymis
Pulsabo: & quanquam non se mortalibus offert
Spectandum in istis aut uidendum altaribus,
E cælo tamen ille suo uidet omnia, nec nos,
Celare quidquam lumen illud possumus.

d Sanct. Dominus in cælo est solium eius.

5 Oculi eius e in pauperem respiciunt palpebræ eius f interrogant filios hominum.

5 Respicit inde suos pater optimus, ac sibi curæ
Res esse monstrat humilium atque pauperum.
Peruidet & solo nictu quid quaque geratur
In parte terrarum: uidet quidnam boni
Quidue mali faciant, ut sola denique & una
Ipsa actionum teste conscientia,
Pœnas peccatum pendat, sua præmia uirtus
Proportione pro meritis æqua ferat.
Iam uerò quidnam est quod eum nos posse putemus
Celare! mox ut ille palpebras mouet,
Non opus est alio qui nostra examinet acta:
Clarissimè quæ simul eas mouit, uidet.

e hebr. deest in pauperem. f hie. probāt. Fel. & Sanct. probabunt.

6 Dominus g interrogat iustū & impium, qui autem diligit iniquitatem odit animam suam.

6 Aequa lance etenim iustos interrogat, una
Et impios, & acta eorum examinat.
Nil mirum est autem si uir bonus exulat urbe
Plerumque, & in laboribus quamplurimis
Versatur, uarióque suæ discrimine uitæ.
Sic rebus aduersis suos probat Deus,
Quos tamen interea plus diligit. impius autem
Qui semet odit, dum sibi in uitiis placet,
Quanquam se regnare putat, mundique fauores
Et ampla latè patrimonia obtinet:
Haud mihi propterea censebitur esse beatus,
Quòd & eum & eius oderit uitam Deus:
7 Quem sua non longè miserum tormenta sequentur.

g hier. probat. Sanct. probabit. Impiū & diligentem iniquitatem odit anima eius.

7 Pluet super peccatores laqueos, ignis & sulphur & spiritus h procellarū pars calicis eorum.

h Fel. combustionum.

Pro rore nimirum humido, carbonibus,
Sulphure fœtenti & delapso cælitus igni
Sic compluetur, ut Gomorrham legimus,
Vicinámque illi de cælo arsisse Sodomam.
Velutq; uentis & procellis acribus
Dum mare feruescit, funestas undique uoces
Rabidósque clamores ciet: sic impij
Vndique mens diris furiarum agitata procellis,
Frustra querelis aera implebit suis.
Scilicet omnipotens hæc illi pocula miscet
Perpetua, quæ bibet quidem, at non ebibet.
[a] Contra autem quia chara deo est mens cōscia recti, [a] Quoniam iustus dominus & iustitias dilexit, i æquitatem uidit uultus eius.
Et ipse iustus iustitiáue ipsa est magis:
Vt peruersum odit, sic iusti quemque colentem
Rectóque semper ambulantem tramite
Respicit, & summis iudex æquissimus illum
Nec interituris muneratur præmiis.

[a] Hebr. Rectum uidebūt facies eius.

ARGVM. PSALM. 12.


Aduersus optimates regis Saulis conscriptus est à Dauide hic psalmus, de quorum imposturis, adulationibus & dissimulationibus cum Deo conqueritur spem concipiens ex promissis & eloquiis ipsius fore tandem ut ab eorum & similium calumniis tum ipse, tum pii omnes liberentur. Congruens est aduersus calumniatores psalmus.

Victori ad Sheminith psalmus.

Psalmus 12. Ode Dicolos distrophos cōstans priore uersu tetrametro dactylico buccolico & tribus trocheis, & altero iambico trimetro catalectico.

S Erua me omnipotens quando omnia plena sunt dolis, & [a] Saluum me fac domine quoniā defecit sanctus, quoniā diminutæ sunt ueritates à filiis hominum.
Vix restat ullus qui fide integra sit,

[a] Heb. imminuti sunt uel defecerunt fideles.



Cui me tuto ausim committere. scilicet recessit
Hinc sanctimonia & fides, nec est iam
Quisquã omnino hominũ ueracia uerba qui loquatur.
2 Sed uana tantum proximo & dolosa
Vnusquisque suo sine fronte fidéque dicit ulla.
Sermone quòd si blandiore quisquam
Vtetur tecum, tanto mage si sapis caueto,
Vt corde ficto & ore fraudulento
Omnia tentantem quo fallere possit. 3 at futurum est
Vt uniuersa labra blandientum
Et promittentum sibi maxima, de deóq; prauè
Et impie loquentium ille perdat.
4 Nimirum illorum qui dicere non uerentur, an non
Nobis disertæ linguæ & elegantes,
Quarum præsidio patrimonia multa ui dolóue
Parabimus! non liberum & solutum os
Dicendíq; facultatem egregiam, simulq; quidquid
Semel placebit eloquendi, habemus!
Nec uerò est qui nos facere id uetet. Est ne enim quisq;
Authoritate aut dignitate maior!
Hæc illi 5 at contrà dicet Deus, hactenus satis sit
Datum impiorum insaniæ & furori.
Nũc demũ uisum est exurgere: 6 & unà adesse præsto
Aduersus illorum potentiam & uim
Afflicti lachrymas ad pauperis, atque nuditatem:
Illumq; ab hostium dolis tueri,
Sicq; importunis defendere ab hostibus, modo ut ne
Vllo ac ratione ei nocere possint:
Vtpote quem unus ego adiuuo protegóq; ab illis.
Sic ille pauperum caussa loquetur,
7 At uerbis eius nil purius esse uerius que,
Nil candidum magis magisque sanctum,
Nil illis usquam syncerius esse certa res est.

2 b Vana loquuti sunt [c] unusquisque ad proximũ suũ, labia dolosa in corde & corde loquuti sunt.

3 Disperdat dominus uniuersa labia dolosa & linguam magniloquam.

4 Qui dixerunt, c linguam nostram magnificabimus [c] labia nostra d à nobis sunt quis noster dominus est?

5 Propter e miseriã [c] inopum & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit dominus.

6 f Ponam in salutari fiducialiter agã in eo.

7 Eloquia domini eloquia casta, g argentum igne probatum terræ purgatum septuplum.

b Hier. Frustra loquuti sunt. Sanct. & Fel. Mendacia loquentur. Fel. uana loquentur.

c Hier. & Sanct. linguã nostram roborremus. Felix. Linguis nostris magnificabimur.

d Heb. nobiscum.

e heb. uastitatem.

f hier. Ponã in salutari auxilium eorum. Fel. Ponã in salute, loquetur pro ipso. Sanct. Ponam eum in salute ab eo qui sufflat in eum.

g hier. Argentum igne probatũ separatũ à terra colatũ septuplum. Sãct. Argentũ cõflatũ à domino terræ purgatũ septẽpliciter.

Simillima illa quippe puriori
Auro atque argento, quæ non malus aurifex probarit
In terreo usque septies catino.
8 Nos ergo afflictosq; omnes Deus aspice, & tuere
Ab impia illa gente & infideli.
9 Namq; ex omni parte fluūt & obābulant maligni
Quum uiderint prauum in precio & honore
Et uilem quemq; in populo dominarier, bonosq;
Dolo insequi ad mortem usque uiq; aperta.
Quanquam omnes hominum filij uilissima res est,
Vt ut efferant sese, merūmque probrum.

f Hier. Tu domine custodies & seruabis nos Sanct. & Fœ. custodiet eos custodies eum. g Hier. In circuitu impij ambulabunt cum exaltati fuerint uilissimi filiorum hominum. Sanct. in circuitu impij ambulant, cū exaltati fuerint uilitas est filiis hominū. Fœl. In circuitu impij ambulant quum exaltabūtur opprobria filiis Adam.

8 f Tu domine seruabis nos & custodies [1] nos à generatione hac inæternū. 9 g In circuitu impij ambulant secundum altitudinē tuā multiplicasti filios hominum.

ARGVM. PSAL. 13.

Videtur hunc psalmum conscripsisse Dauid graui aliqua anxietate constrictus, utpote dum eum Saul persequeretur: à qua ut liberaretur deū precatur, nec tam sua caussa quàm ut ne inimici aduersum se & Deum insolentiores reddantur. Demum pollicetur se non ingratum fore. Canendus est omnibus in anxietate constitutis psalmus.

Victori psalmus Dauid.

Psalmus 13. Ode dicolos distrophos, constās priore metro iambico trimetro, & altero trimetro dactylico hypercatalectico.

1 Vousque tandem serui æternum tui
q Obliuisceris ô domine!
Quousque supplicem tuum in mediis malis
Priuatum humano auxilio
Destituis, & uultum tuum auertis! 2 Quoad
Consilij mentisq; inopem
Hærere & incertum suæ mentis fines
Passim uoluere consilia,
Atque huc & illuc fluctuantem distrahi,
Aerumnisque premi uariis!

a Hier. Mei penitus. Sanct. & Fœlix. mei inæternum.

1 Vsquequo domine obliuisceris a in finem, [1] usquequo auertis faciem tuam à me?

2 Quādiu ponā consilia in anima mea, & dolorem in corde meo per diem?

Quousque cor longis agi doloribus
Permittes, curisue animum!
3 Truculentus hostis quando, te obsecro, mihi
Finem insultandi faciet!
Satísne sæuitum inque fortunas meas,
Fortunisque caput melius!
Nullámne spirandi potestatem mihi
Aut emergendi facies,
Ex iis quibus nunc undique opprimor malis!
Eia age respice me domine,
Seruumq; tuum exaudi Deus mi. 4 nam tuos
Iamq; oculos satis ac nimium
A me misello sentio auersos, ita ut
Nil planè possim inspicere,
Pœdore ni me & lachrymis penè obsitum
Confestim placidis oculis
Illaq; blandi & propicij uultus tui
Luce salutari aspicias.
Age ergo multiplicibus ærumnis meos
O Deus oppressos oculos
Candore uultus refice & illustra tui:
Ne crescentibus his tenebris
Totamq; dirorum malorum, ponderi
Succumbam infelix nimio,
Mortísque somnum dormiam: ac tunc sic meus
Hostis morte mea uiolens,
Casúq; factus insolentior meo,
In me olim iniecisse manus,
Longéq; sese præualuisse iactitet:
5 Ac sic qui immeritum cruciant
Intérque primos hostis ille præferox,
Quum me prostratum inspicient,
Minimóue deiectum è gradu, tum gaudio

3 Vsquequo exaltabitur inimicus meus [b] super me, respice me [c] & exaudi me domine Deus meus.

4 Illumina oculos meos [c] ne unquam obdormiam in morte, nequando dicat inimicus meus praeualui aduersus eum.

5 Qui tribulant me exultabunt si motus fuero: ego autem in misericordia tua speraui.

[b] Hier. conuertere.

[c] Sanct. ne forte. Fœlix. nequando.

Exultent incredibili.
Sed gaudeant illi ut uolent: quanquam omnia
Eueniunt aduersa mihi,
Salúsque desperata ab omnibus mea est,
Spe fretus tamen egregia
Hac me ipse sustentabo, non meo unius
Vel merito uel iustitia
Confisus, at tua bonitate & gratia.
c Tunc finem lachrymis faciens,
Omni que cura mentis & doloribus
Semotis procul ex animo,
Quum te meis placidum atque lenem lachrymis
Et clementem praebueris,
In hac salutari & benigna gratia,
Prae magna mihi laetitia
Finem querelis afferet cor gestiens,
Exultánsque unum ob dominum.
Tunc nominis domine Deus laudes tui,
Suspensa ex humero cithara
Cantabo, & orbi praedicabo illas tuas
Virtutes incredibiles:
Ob id quòd abs te mihi salutem praestitam
Iam toties sensi immeritus.
Ingrata quas ob res tibi mens gratias
Qualescumque potest referet.

d Sanct. & Faelix in salute tua.
e haec uerba hebraeis desunt.

*c Exultabit cor meũ in d salutari tuo * cantabo domino qui bona tribuit mihi e psallam nomini* domini altißimi.*

ARGVM. PSAL. 14.

Peruersa hominum ingenia moresque corruptos describit hic psalmus: quorum uitia omnia uni tribuit in Deũ impietati: cuncta tamen aduentu Meßiae reparanda esse concludit. Aduersus omnes impios deumque abnegantes appositus est psalmus.

Victori psalmus David.

Psalmus 14. Ode monocolos, constans iambico trimetro sazonte.

1 Dixit insipiens in corde suo non est Deus.

1 *Mmane quid tam tamq́; abominandũ usq̃*
i *Aut cogitari à quopiam aut potest dici,*
Quàm quòd deũ multi haud modo abnegant, sed ne
Deum quidem esse pertinaciter dicunt:
Imò esse commentitium Dei nomen,
Vanissimi nimirum homines inanésque
Omnísque sensus atque iudicij expertes!

2 Corrupti sunt & abominabiles facti sunt, non est qui faciat bonum a nõ est usque ad unum.

a Heb. hæc desunt.

2 *Hinc ipsa uitæ turpitudo & effrenis*
Licentia in malum: indéq; omnis illorum
Corrupta uita & abominabiles mores,
Studiáq; deprauata. non iam enim est quisquam
Qui quod bonum est agat, benignitatémue
In alterum ullam conferat, & eum curet.

3 Dominus de cælo prospexit super filios hominũ, ut uideat si est intelligens aut requirens Deũ.

3 *Quare instar attoniti Deus bonum nullum*
E terra in ipsum sentiens uehi cælum,
Despexit illinc: & subinde respectans
Si forte quenquam uiderit requirentem
Abs sese opem, aut quoquomodo colentem se, &

4 Omnes declinauerunt simul b inutiles facti sunt, non est qui faciat bonũ non est usque ad unum.

b hier. Conglutinati sunt. Sanct. Fetuerunt. Fel. Abominabiles facti sunt.

Sancte timentem, 4 *ne unico quidem inuento.*
Ergone sic computruisse ait! sic ne
Vsque adeo cunctos regia è uia & recto
Calle atque honesto deuios aberrasse,
Nec esse tanta ex multitudine & turba
Qui quod bonum est agat, nec unicum prorsus!

5 Sepulchrum patens est guttur eorũ, linguis suis dolose agebãt, uenenũ aspidũ sub labiis eorũ.
6 Quorũ os maledictione & amaritudine plenũ est, ueloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.

5 *Quid uero quòd patulũ atque apertum ut infernus*
Ad deuorandos quosque guttur illorum
Semper inhiat! quanquam interim dolus ficta
Sub lingua eorum, ipsisq́; sub labris blandis
Venena latent teterrima aspidis surdæ.
6 *Omitto quòd detrahere maledico tantum*

Ore atque amaro (tam uidelicet pleni
Sunt mentis improbæ atque felleæ) norunt,
Tardosq́; habent omne ad bonum pedes: uerum
Innoxius fundendus est ubi sanguis
Agiles: 7 *& ut paucis agam, uiæ illorum*
Sunt miseræ & infaustæ: haud enim uiam pacis
Agnosse studium illis fuit, Dei quippe
Nullo timore aut relligione perculsis.
8 *Nempe uniuersis mente præditis praua*
Tam iudicij parum est, me etiam ut Deum credant
Nescire præterireue oscitanter, dum
Vt frustulum panis populum meum afflictum
Vsque ad medullas penitus intimas rodunt?
9 *An non enim quod agunt latere me credunt,*
Cui uni placere, quem colere recusarunt
Atque inuocare? prorsus enim mei nullo
Timore, nulla relligione nec cultu
Tenentur: imò quum ut Deus essem adorandus,
Flagitia quæque pro Deo colunt summo:
Superbiam, libidinem, gulam, luxum.
Quare repentino pauore carpentur,
Taliq́;, quali nemo hominum parem uidit,
Vel si pauoris caussa nulla præcessit.
10 *Caussæ piorum nam Deus fauens, stabit*
c Sanct. & Fœlix. Iusti. *A parte iustorum, nec opprimi tandem*
Permittet illos: qui quia in Deo afflicti
Fiduciam ponunt suam, atque ab uno illo
Pendêre quærunt, instituta uos illorum
Et consilia ridetis impij: & quantum in
d Sanct. & Fœl. salutem. *Vobis situm est, pudefacitis.* 11 *Quis autem de*
Sionis illo monte sacro & augusto
Nobis salutem iamdiu ac nimis optatam,
Verisque Iudæis feret? Deus certe

7 *Contritio & infœlicitas in uijs eorum, uiam pacis non cognouerunt, nõ est timor Dei ante oculos eorum.*

8 *Nonne cognoscẽt omnes qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebẽ meã sicut escam panis?*

9 *Dominum nõ inuocauerunt, illic trepidauerunt timore ubi non erat timor.*

10 *Quoniam dominus in generatione* c *iusta* ᵓ *est, consilium inopis confudistis quoniam dominus spes eius est.*

11 *Quis dabit ex Sion* d *salutare*ᵓ *Israel? quum auerterit dominus captiuitatem plebis suæ: exultabit Iacob & lætabitur Israel.*

Captiuitate quando soluerit gentem
Sioniam: tunc serio Israel nempe
Totumq; Iacobi & Isaci genus patris
Gaudebit atque ouabit, odioque olim
Et pace multa perfruetur ac longa.

ARGVM. PSAL. 15.

Quàm immaculatos, iustos, ueraces, ac simplices esse ciues cœli futuros oportet ac municipes, describit hic psalmus, quos gloria, sicut contrà ignominia improbos afficiendos ostendit. Ethicus est ad formandos mores psalmus.

Psalmus David.

Psalmus 15. ode dicolos distrophos, cōstās priore metro dimetro trochaico catalectico, altero iambico trimetro catalectico.

1 *Domine a quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo?*

2 *Qui ingreditur sine macula & operatur iustitiam.*

3 *Qui loquitur ueritatem in corde suo, b qui non egit dolum in lingua sua.*

a *Hier. & Sanct. peregrinantur.*

b *Hier. qui non est facilis in lingua sua. Sanct. nō accusauit lingua sua. Fel. Non detraxit.*

1 *C quis ô Deus bone*
a Habitabit in domo tua, aut sacro illo in
Monte conquiescet: ubi
Olim tua illa dignitas parauit
Regiam suam? 2 optimam
Quicunque degit absque sorde uitam:
Quique uiuere expetit
A labe purus integerque uitæ:
Iusta cui placet uia,
Et qui petenti ius in æquitate
Reddit, ac fide optima
Cum proximis suis agit, nec unquam
Decipit, 3 sed ex animo
Et corde aperto simplicíq; semper
Verba eis facit, neque
Fallaciter lingua (secus atque corde

Cogitat) loqui solet,
Nec detrahit cuiquam struítue fraudes:
4 Sed supra modum id cauet,
Ne cui malum inferat: suumq; amicum
Omnibus modis studet
Defendere à conuiciante lingua:
Nilq; sustinet loqui,
Aut agere, quod sibi probro daretur.
5 Quin & improbos uiros,
Auctoritate utcunque gratiáque
Polleant apud rudes,
Externa tantum qui uident probántque,
Ne pili quidem æstimat.
Verum timentes ac Deum colentes
Maximi facit: neque
Curam ullam habet sui ipsius: nec ipse
(Laude dignus est licet)
Se se esse cuiusquam precij arbitratur.
6 Atque ubi quid aut Deo,
Aut alteri (quisquis siet) daturum
Se receperit, statim
Etiam suo exoluit malo, nec unquam
Fallit: at fide integra
Promissa seruat, quodq; pollicetur,
Reddit, etsi ei nocet.
Nec fœnori pecuniam suam dat.
Imò si semel suum
(Vel teste eo qui corda contuetur
Solo & unico) uouet
Ieiuniis uexare corpus, ullo-
ue altero modo ac uia
Affligere, etsi nequeat absque magno
Corporis sui malo

4 Nec fecit proximo suo malum, & opprobrium nó accepit aduersus proximos suos.

5 c Ad nihilū deductus est in conspectu eius malignus: timentes autem dominum glorificat.

c Hier. despicitur in oculis eius improbus. Sanct. qui despicit se in oculis suis, abiicit se Fel. neglectus in oculis suis abominabilis.

c d Qui iurat proximo suo & nō decipit, qui pecuniam suam non dedit ad usuram, & munera super innocentem nō accepit.

d Heb. Iurat ut se affligat & non mutat.

Præstare, præstat id tamen lubens: nec
Prorsus ulla munera
Vt testimonio suo innocentem
Lædat ac premat, capit.

7 Qui facit hæc nō commouebitur in æternum.

7 *Qui sic piam uiro optimoq; dignam*
Vitam aget, nec alteri
Incommodare quidpiam studebit,
Non peribit, at neque
Nutabit unquam commouebiturue.

ARGVM. PSAL. 16.

Versus huius psal. nonus ac decimus quos Petrus Act. 2. non nisi de Christo intelligi posse testatur: similiter & hic locus, non dabis sanctum tuum uidere corruptionem, quem Act. 13. nō nisi de Christo prædictum esse Paulus testatur, cogunt ut hunc psalmum (etsi nonnulla ad Dauidis personam referri possunt) bona ex parte à Dauide de Christo conscriptum intelligamus. neque enim uetat eūdem psalmum & de Dauide figura Christi, & de Christo etiam intelligi. Hic igitur spem in Deum suam & in omnes pios affectionem indicat, ostendens quàm exosa habuerit impiorum commercia. quippe qui omnem in Deo felicitatem constituit: cuius fiducia nixus & securitatem sibi pollicetur, & ad immortalem uitam sine ulla corporis corruptione resurrectionem.

Michthan Dauid psalmus.

Psal. 16. Ode monocolos constans metro asclepiadæo.

1 Conserua me domine quoniam speraui in te, dixi domino Deus meus es tu, a quoniam bonorum meorū nō eges.

1 *Erua me omnipotens ô Deus, & tuum*
In te uno omne suum præsidium hactenus
Seruum constituentem inspice, ne mihi
Importunus homo perniciem adferat.
Agnosco, atque palàm confiteor mihi
Vnum te dominum unumq; Deum fore:
A quo ut fonte perenni bona profluunt,
Quæcunque ipsa sibi mens hominis potest

a Bonum non est mihi sine te. Sanct. Bonū non est nisi à te. Fæl. Bonitas mea non confert tibi.

Optare. interea quid tamen attinet
Ad te si mihi momentum aliquod boni,
Aut uirtutis inaestimum merito meo
Adscribam, an potius mi Deus optime
Acceptum referam illi egregiae tuae
In me non meritum munificentiae!
Ergo quum tua sint omnia, quid tibi
Quo te demerear mi Deus offeram?
Nostris nil etenim prorsus eges bonis:
Quum sis diuitior quàm ut mea te iuuent
Dona ac munera.[a] quare omne meum tibi
In sanctos studium dedico, & in probos
Ac claros pietate ac meritis uiros.
Ii quum terram habitent ac peregrè sient,
Quin aduersa ferant ac mala plurima
(Tam dura est hominum sors) fieri nequit.
Quamobrem siquid eis nostra opera est opus,
Curabo ex animo nequa egeant, ego
Quam praestare queam: me quibus & mea
Toto prorsum animo dedico & offero.
3 At qui idola colunt plurima, qui deos
Sectantur cupide & plus nimis exteros,
Ac sese socios non nisi reprobis
Addunt, innumeras inde molestias
Angoresque animi parturient sui.
Quos cum prospera sors non queat, ad Deum
Laeua accedere & atrox faciet suum.
At qui post alienos properant deos,
Vt sacra iis faciant, innumeri statim
Et morbi arripient & dolor ac labor,
4 Horum sanguinolentas ego uictimas
Sic detestor, ab iis sic ego abhorreo:

Hier. Sanctis qui in terra sunt & magnificis omnibus uoluntas mea in eis. Sanctes. In sanctis qui in terra sunt & fortibus omnis uoluntas mea est. Fel. Sanctis qui in terra sunt & admirabilibus omnis uoluntas mea in eis.

c Hier. Multiplicabuntur idola eorũ post tergum sequẽtium. Sanctes. Multiplicentur dolores eorum qui alteri Deo donauerunt. Fel. Multiplicabuntur dolores eorũ, post alterum accelerauerunt.

d Heb. Non libabo libamina eorum de sanguine.

2 b Sanctis qui sunt in terra mirificauit omnes uoluntates meas in eis.

3 c Multiplicatae sunt infirmitates eorũ, postea accelerauerunt.

4 Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus, d nec memor ero nominum eorũ per labia mea.

Vt nec sacrificiorum mihi talium
Vel sola ipsa uelim nomina dicier.

5 Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei, tu [d] es qui restitues hæreditatẽ meam mihi.

5 Pars autem dominus portioq; est mea,
Nostrum ac perpetuum ille est patrimonium,
A quo nulla ego ui nec uiolentia
Vnquam deiiciar. Tu Deus unica es
Et fultura meæ sortis, & omnium
Quæ nunc cunque bonorum obtineo, ac tua
Posthac percipiam munificentia.
Quanquam cui meliora aut mage pinguia
Quæso unquam potuerunt patrimonia
Sorte obtingere, quàm nunc mihi munere

[d] Hier. Tu possessor sortis meæ. Sāct. & Fel. Tu sustentas sortem meam.

6 Funes ceciderunt mihi in [e] præclaris, etenim præclara est hæreditas mea mihi.

Diuino obueniunt! [e] funiculi quibus
Pars & portio demensa mihi est mea,
Clara inter ceciderunt patrimonia.
Nec iucundius aut pulchrius uspiam
Mi contingere posset patrimonium.

[e] Sanctes. Iocundis.

7 Benedicam dominum qui tribuit mihi [f] intellectum, insuper & [g] usque ad noctem increpuerūt me renes mei.

7 Laudabo ergo Deum, nec celebrare eum
Cessabo: me etenim quid faciam admonet,
Atque à consiliis est mihi in omnibus:
Sic ut uel media nocte etiam mei
Me renes doceant, nullo alio affici,
Suspirare nihil præter eum unicum.

[f] Hier. & Sanct. Consilium.
[g] Heb. Noctibus erudierūt.

8 [h] prouidebam dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi ne [i] commouear.

8 Illum ergo ante oculos assidue meos
Propono, inque oculis continue fero:
Sic ut nil agitem mente, nihilq; agam
Aut dicam, ante oculos quin mihi perpetim
Versetur: sed enim non alio modo
Quàm præsto mihi si atque assidue foret
Præsens: nec me animus fallit, adest enim:
Nec nostrum ille latus deserit, at mihi
Nequando titubem, iugiter assidet
Ad dextram: ut si ego nutauero, protinus

[h] Hier. posui.
[i] Sanct. Declinem. Fel. clabar.

Sustentet titubantem, atque humilem erigat.
10 *Quare incredibili cor mihi gaudio*
Præsentaneam ubi numinis adfore
Perfensi bonitatem, illico gestiit:
Nec celare suam lætitiam potis
Mens ac lingua, suum mox quoq; gaudium
Exultim atque palàm protulit: & mea
Præ multo exiliit gloria gaudio.
Nam quanquam in tumulo condita sit caro
Nostra, haud propterea est mortua, sed iacet,
Et secura quiescit uelut in domo
Præclara, unde aliquando sine corporis
Vlla labe mei spero resurgere.
11 *Haudquaq̃ siquidem mi pater optime*
(Quem tu hucusque habuisti in numero & loco
Sanctorum atque piorum) unigenæ tui
Permittes animam stare apud inferos,
Corpúsue in cineres atque putredinem
Dissolui. 12 *bonitate at potius tua*
Ostendes rationem atque uiam, qua ego
Et mortem superem, & uitam adeam bonis
Quæ planè omnibus exuberat optimis,
Per quam omnis generis lætitia tuam
Contemplans faciem protinus implear.
Nam quid lætitiam perpetuam nisi, &
Oblectandi animi tot genera ac modos
Nobis suppeditat dextra manus tua?

x Heb. gloria mea, l Hier. habitabit cõfidenter.

m Felix. Fortunam.

n Fel. Iucunditates.

10 Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit x lingua mea, insuper & caro mea l requiescet in spe.

11 Quoniã nõ derelinques animã meã in inferno, nec dabis sanctum tuum uidere m corruptionem.

12 Notas mihi fecisti uias uitæ adimplebis me lætitia cũ uultu tuo, n delectationes in dextera tua usque in finem.

ARGVM. PSAL. 17.

Vehementer à Saule afflictatus Dauid, eius cæterorumque in se aulicorum immanitatem, & suam cõtrà Deo innocentiam proponit, à quo se aduersus illum omnesque hostes suos defendi postulat, quorum dolis ferociaque pate-

factis. ab iis se precatur eripi. Appositus est psalmus aduersus hostes.

Oratio Dauid.

Psalmus 17. Ode dicolos distrophos, constans iambico trimetro & iambico dimetro.

1 Exaudi domine iustitiam meam, intende deprecationem meam.

2 Auribus percipe orationem meã, non in labiis dolosis.

3 De uultu tuo iudicium meũ prodeat, oculi tui uideant aequitatem.

4 Probasti cor meũ & uisitasti nocte, igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas.

1 Vdi Deus serui tui iustas preces,
Et innocentiae meae
Rationem habens, aures tuas ne denega
Mihi, 2 meámque protinus
Orationem simplicem audi & candidam,
Fucique prorsus nesciam.
Nam quod te ego precor, tibi quod supplico,
Non fraudulentis id labris,
Sed mente postulo integra atque candida.
3 Qui solus ergo es omnium
Iustúsque & aequus arbiter, caussa in mea
Pronuncia, meq́; inter &
Hostes meos: quae recta sunt considera, ac
Quod iustum & aequum, iudica.
4 Tu rebus aduersis cor atque animum meum
Olim probasti, & me quoque
De nocte (quando maxime se siqua erat
Libido lumborum exerit)
Scrutatus explorasti, at usque ad intimas
Nostri medullas pectoris.
Meq́; haud secus quàm in igne uim puri ac probi
Auri, uel argenti solent,
Examinasti: sed ne eo quidem modo
Inuentus abs te sum improbus.
Ad quaestionem rursus autem si iuuat,
Tu me abripe, & proba ô Deus

Scrutare renes & cor: at neque uerò ita
Mé deprehendes impium.

5 Vt non loquatur os meum opera hominum, propter uerba labiorum meorũ ego custodiui uias a duras.

5 Fixum est enim, tua illa nullo transgredi
Mandata pacto: nec mihi
Quidquam placet, nisi ut illa magnifica Dei
Pro dignitate qua queo,

a Hier. Latrones.

Et clara gesta concinam. canant alij
Illustrium clarissima
Hominum ut sibi uidetur acta, mihi sat est
Si te Deum meum cano:
Et simplicem linguam gero, non subdolam,
Non fraudulentam: sic, nihil
A cogitatione sermo ut differat.
Nec cogitem contrà ac loquor.
At uanitates dum ipse mecum contuor,
Dolísque plena ac fraudibus
Hominum acta cogitationesq; impias:
Præceptionum haud immemor
Deus tuarum, illorum ego & uitam & uiam
Obseruo, tum illos ut suo
Contineam in officio & cohercæam à malo:
Tum uerò ut arte illi sua
Me fraudulenta ne implicent & subdola,
Aut ne meorum quempiam.

6 b Perfice gressus meos in semitis tuis ut nõ moueãtur uestigia mea.

6 Verùm quia absque te Deus subsistere
Nec ingredi quoquo modo

b Heb. sustente.

Possum, pedémue figere in uiis tuis,
Corrobora uias meas,
Meósque gressus, ne uacillent lubrici,

7 Ego clamaui quoniam exaudisti me Deus, inclina aurem tuam mihi & exaudi uerba mea.

Substenta: 7 & hac uero unica
Fiducia confisus, auxilium tuum
Imploro, quod iam olim mihi
Sensi adfuisse postulanti, non semel.

At quandocunque ad te manus
Supplex tetendi. Nunc age ergo ô mi Deus
Ad supplicis preces tui
Aurem tuam inclina:nec in periculo
Iam sub malorum pondere
Desere iacentem:orationem quin meam
Attende, nec contemptui
8 *Seruum tuum habe:* 8 *Seruator omnium tibi*
Fidentium,fac ut tuæ
Bonitatis altitudinem ac præstantiam
Mirentur omnes, 9 *& ferum*
Illum tyrannum,& quotquot aduersus tuam
Insurgere ausi sunt manum
Opprime potenter,meq; ab illis omnibus
Tutare ut intimum tuum,
10 *Oculiq; pupillam eximiæ charam tui:* 10 *&*
Gallina pullos ut suos
Dum metuit à rapacibus miluis,suis
Statim sub alis occulit:
Sic sub tuæ uelamine misericordiæ,
Ab impiis qui me student
Subuertere & pessundare,& à meis
Illis truculentis hostibus
Sartum ô Deus tectumq; custodi obsecro.
Nam quomodo me inde expliciem?
11 *En me insciu m undecunque uallatum tenent,*
Suisque constrictum insidiis,
Vt ui aut dolo meam mihi uitam auferant.
Pinguedine & rerum omnium u-
bertate larga nempe iampridem sibi
Per fas parata ac per nefas,
Tam sunt obesi ac diuites,cuiquam ut loqui
Tanquam ore clauso uix uelint:

8 *Mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te.*

9 *A resistentibus dexteræ tuæ custodi me,ut pupillā oculi.*

10 *Sub umbra alarum tuarum custodi me à facie impiorum qui me afflixerunt.*

11 *Inimici mei animam meam circumdederūt,adipem suum concluserunt, os eorum locutum est superbiam.*

Aut si loquuntur quidpiam, fastum modo ac
Superbiam præseferunt.
11 *Nec sufficit quòd me expulerunt, ac uelut*
Extorri & exuli locum
Nullum reliquerunt, uias ni etiam meas,
Meósque gressus & mea
Vestigia obsideant, & undique ambiant.
Quinimò humi fixos habent,
Quoquò locorum incedo, oculos: mihi ut sua
Deambulanti retia
Tendant, & expandant, & omnibus modis
Non cogitantem irretiant.
12 *Vtq; leo dum prædæ inhiat, ac famelicum*
Implere uentrem quæritat,
Per densa fertur nemora, saltúsque inuios,
Rictuque lustrat omnia,
Vt si qua se præda offerat mox deuoret:
Leunculus uero interim
Haud quaquam in illis abditis lustris suis
Minore cura intentus est,
Quamcunque prædam ut obuiam deglutiat:
Sic nunc ui aperta, nunc dolo
Tyrannus inhiat innocentis in caput:
13 *Pessundet ut me funditus.*
Quapropter exurge Deus illumq; occupa,
Et ne resurgat opprime:
Vexata plus satis innocentia est mea,
Innoxium iam uindica,
Iam lenitatem pone, & iras exere.
Quóque ille se superbius
Aduersus insontem erigit, tantò ô Deus
Prosterne humi potentius:
Meámque uitam ab improbis (per quos soles

c Vel. in gressibus nostris circundederũt nos Chal. Gressus nostros nosque ipsos nunc circundant.

d Hebr. similitudo eius quasi leonis desiderantis prædam.

e Hier. Ab impio qui est gladius tuus.

11 c *Proiicientes nunc circundederũt me, oculos suos statuerunt declinare in terram.*

12 d *Susceperũt me sicut leo paratus ad prædam, & sicut catulus leonis habitans in abditis.*

13 *Exurge domine præueni eũ & supplanta eum: eripe animam meã e ab impio, frameã tuã ab inimicis manus tuæ.*

Delicta nostra illo uelut
Furoris ulcisci tui gladio) eripe
Mortalibúsque ab impiis:
Qui tibi flagelli sunt uice, & loco, ad malos
Pœnis cohercendos, bonos
Autem probandos. ergo ab iis tu me extrahe,
Ne pessima uita sua
Me secum in illam perniciem suam uehant,
Suísque perdant moribus.

15 *F Domine à paucis de terra diuide eos in uita eorũ ʾde absconditis tuis adimpletus est uenter eorum.*

Atque à uiris illos bonis quos (prò dolor)
Rarissimos orbis gerit,
Secerne: ne partem bonorum pauculam
Ingens malignorum phalanx
Secum in barathrum trudat ac miserè trahat.
Nam prorsus illis nil sapit
Fragilia præter & caduca gaudia
Vitæ istius uanissimæ.
Omnémque in hominibus suam spem collocant,
Sibique credunt plus satis
Esse ad bonam uitam atque fœlicem, si eos
Expleueris libidine,
Si de illo inexhausto & recondito tuo
Thesauro, & è penu tuæ
Benignitatis omnia illis largiter
Prout uolent, indulseris.
Si uentrem eorum ingurgitaris, & omnibus
Terræ bonis beaueris.

Heb. finẽ præcedẽtis uersus, ab inimicis manus tuæ, & uersiculum cum sequenti iungunt & ita legunt. Hier. A uiris manus tuæ, qui sunt flagellum tuũ & instrumentum quo nos affliges domine qui mortui sunt in profundo, quorũ pars in uita, quorum de abscõditis tuis replesti uentrem, qui saturabuntur filiis & dimittẽt reliquias suas paruulis eorũ. Sub. erue.

16 *Saturati sunt filiis, & dimiserunt reliquias suas paruulis suis.*

Nummísque eos oppleueris. si 16 *liberos*
Qui nomen & genus suum
In posteros trahant (siquidem una nominis
Illos perurit gloria)
Vsque ad satietatem relinquant plurimos,
Eísque per fas ac nefas

Labore longo & anxio partarum opum
17 Relinquere aggeres queant.
Ego uerò inanem iudicans fiduciam in
Mortalibus sitam, ac tua
Iustitia, & innocentia fretus mea,
Vultum tuum illum cernere &
Coràm intueri spero, téque olim frui
Supremo & unico bono,
Fallacibus ut sese expleant illi bonis.
Quamprimum enim surrexero
Et mortis euigilauero à somno, ille ego
Imaginis factus tuæ ad
Exemplar, ac tui illa uultus gloria
Mortalium se fecerit
Spectabilem lippis oculis, tunc primum ea,
Nullo ante contentus bono,
Satiabor: iisque memet explebo bonis,
Quæ me sequentur, protinus
Ac te offeres uidendum illa in tua
Veri Dei substantia.

3 Hier. Dum surrexerit simulitudo tua.

17 Ego autẽ in iustitia tua apparebo conspectui tuo, satiabor 3 quum apparuerit gloria tua.

ARGVM. PSAL. 18.

Peractis omnibus bellis, exantlatisque tot laboribus tamque multis periculis defunctus, quibus tota penè uita afflictatus est Dauid, ac potissimum ab omnibus Saulis insidiis, ut ex inscriptione psalmi liquet, ereptus: uidetur εὐχαριστικὸν hunc ad gratias Deo agendas psalmum cecinisse: quo primum ostendit non inanem fuisse suam in illum fiduciam, sed quoties illi fisus sit, toties ab ipso fusos inimicos: cuius in eos ultionem ποιητικῶς describit, & sui liberationem: spemque bonam inde concipit pro sua sibi innocentia repensurum dominum: quem omnium sibi fidentium protectorem esse declarat: quippe qui uno Deo doctore militarem sic artem didicerit, ut funditus omnes

suos hostes deleuerit: cuius auxilio uel exteras nationes imperio suo adiunctum iri confidit. Quanquã autem uerba psalmi Dauidem spectant, nihil uetat, imò credendum est eo tanquam typo Christum effigiari. Intelligatur ergo Christus nunc suo, nunc membrorum suorum nomine de sua eorumque liberatione patri congratulari, & gentiũ uocationem Iudæorumque abiectionem uersibus 47. 48. 49. prædicere. Certè uersum penultimum, propterea confitebor tibi in gentibus &c. Paulus ad Rom. 15. de misericordia gentibus per Christum præstita interpretatur. Non est autem necesse quæ scripta sunt ab illo uersu, commota est & contremuit terra &c. usque ad illũ, misit Deus de summo &c. omnia reipsa facta esse. Sed iis metaphoris παθητικῶς & ὑπερβολικῶς ac ποιητικῶς irati & uindicis Dei describitur ultio. Proprius est uictori & pacifico principi ad gratias Deo agendas psalmus.

Victori seruo domini Dauidi qui locutus est domino uerba cantici huius in die quo liberauit eum dominus de manu omnium inimicorum suorum, & de manu Saulis & dixit diligam &c.

Psalmus 18. Ode dicolos, distrophos, constans iambico trimetro & iambico dimetro.

1 Erito te amabo mi Deus, merito colam,
m Vnique confidam tibi:
Nam fortitudo tu mea, & meum unicum
Tutumque asylum: tu mihi
Semper fuisti rupis & turris loco.
Tu robur, & fultura, tu
Pugnator indomabilis: 2 tu unus mihi
Adiutor omnibus meis
In rebus: eam ob rem te unico nitor. 3 meum
Tu scutum & unicus mihi es
Clypeus, iacentem & languidum qui me erigis.
4 Quapropter inuocabo te

1 a Diligam te domine fortitudo mea, 2 dominus firmamentum meũ & refugiũ meũ b & liberator meus.

2 Deus meus adiutor meus & sperabo in eum.

3 b Protector meus & cornu salutis meæ, & susceptor meus.

4 Laudans inuocabo dominum & ab inimicis meis saluus ero,

a Hier. petra mea & robur meum,

heb. scutum meum.

Dominum & Deum meum: ac tuas laudes, prout
Mei facultas ingenii
Feret, orbe toto prædicabo: & siqua me
Angustia aut afflictio
Vrgebit, uni numini fidens tuo
Seruabor: ipse enim soles
Quanto minore præsidio adiuti sumus,
Quantôque nostræ res habent
Deterius: hoc præsentiorem opem tui
c Hier. funes Adferre sancti numinis.
5 Circundederunt me dolores non semel 5 Circundederũt me c dolores mortis, & torrentes d iniquitatis coturbauerunt me.
d Hie. diaboli Duræ atque acerbæ mortis, &
Incursiones hostium ferocium
Torrentis in modum fluuij
Perterruerunt, & propè exanguem metu
Me reddiderunt: sæpius
Me comprehendêre haud leuia pericula,
Et usq; penè ad inferos
Ipsamque deduxere lethi ianuam.
e Hier. funes 6 Qualésque in inferis canunt 6 e Dolores inferni circundederunt me præoccupauerũt me laquei mortis.
Vexare manes impios, sæpissime
Circundederunt me undique
Funes dolorum nemini tolerabiles,
Et me occuparunt retia
Diræq; mortis uincula ac laquei truces.
7 Quûmque ista me urgerent mala, 7 In tribulatione mea inuocaui dominũ, & ad Deũ meũ clamaui.
Vnum Deum inuocaui, & illi supplices
Tetendi in ærumna manus.
8 Mox ille, liberalitate pro sua & 8 Et exaudiuit, de templo sancto suo uocem meã, & clamor meus in cõspectu eius introiuit in aures eius.
Interminata gratia,
Audiuit è templo suo uocem meam:
Meúsque clamor ipsius
Pulsauit aures: nempe hominem pium ac probum

Non derelinquit in suis
Periculis: sed nec diu premi sinit.

9 Commota est & cōtremuit terra, fundamenta montium conturbata sunt & commota sunt quoniam iratus est eis.

9 Nam mox meam ut uocem audiit,
Illámque uidit hostium ferociam
Meorum & arrogantiam:
Exiliit, ut furore & iracundia
Incensus, atque impos sui.
Tunc cuncta terrarum sola horribili metu
Commota contremiscere:
Ipsæ quæ montium bases titubantium
Horrore magno concuti,
Præ terribili furore & ira, qua in meos
Hostes ferebatur Deus.

10 Ascendit fumus in ira eius, & ignis à facie eius exarsit, carbones succensi sunt ab eo.

10 De nare namque illius irati uelut
Caliginis fumus nigræ
Prodibat: os uero atque uultus integer,
Nil præter ignem & fulgura
Spirabat: usque adeo autem, ut inde incenderet
Lignea perinde ac linea:

11 Inclinauit cælos & descendit & caligo sub pedibus eius

11 Et quum suo exiliens throno descenderet,
Sub pondere irati Dei
Olympus inclinatus est totus, Deique
Ira & furore territus
Sic se humilem & imum præbuit, terræ ut propè
Quærens latêre incumberet.
Descendit ille atra siquidem caligne, &
Denso obuolutus nubilo

12 Et ascendit super cherubim & uolauit, uolauit super pennas uentorum.
13. Posuit tenebras latibulum suum, in circuitu eius tabernaculum eius tenebrosa aqua in nubibus aeris.

Sub pedibus, 12 & uiæ præpetis celerísque equi
Velociore utens cherub,
Atque administris ordine ex eodem suis:
Ipsásq; uentorum leues
Pennas & alas transuolans: 13 & interim
Tanquam latêre nos uolet,

Prætorium tenebris profundioribus
Circumambiens, simúlque aquis
Obscurioribus domicilium suum,
Densísque uallans nubibus.
14 *Has autem abegit ilico micantium*
Hinc inde fulgor ignium,
Nóxque ipsius fugêre conspectum Dei.
Quanquam interim hostes in meos
Et grandinem complueret ille, & igneos
Manantis à se fulminis
Lapides: 15 *nam ut ipse tonuit è cælo & suam*
Altissimus uocem edidit,
Hostésque uoce increpuit horribili meos:
Tunc mixta sunt statim omnia
Diris procellis, fulguribus, ac grandine,
Et igneis carbonibus.
16 *Sua quoque in illos euibrauit spicula:*
Fractísque eorum uiribus
Maiore rursum copia fulgur uibrans,
Perterruitque & perdidit.
17 *Et tantus irati Dei terror fuit,*
Diri furoris spiritum
Quum nare difflaret sua, ipsi ut aluei
Profundiorum fluminum
Spectabiles se redderent, atque omnibus
Orbis paterent totius
Profunda fundamenta, scissis rupibus,
Orísque spiritu sui
Fluminibus arescentibus. 18 *Nam quum mare*
Iratus undosum increpat,
Ad spiritum furoris iræq; illius
Sidens, quiescit protinus,
Talem ille sese si furere forte incipit

14 *Præ fulgore in conspectu eius nubes transierũt, grando & carbones ignis.*

15 *Et intonuit de cælo dominus, & altissimus dedit uocem suam,*

16 *Et misit sagittas suas & dissipauit eos, fulgura multiplicauit & conturbauit eos.*

17 *Et apparuerunt fontes aquarum, & reuelata sunt fundamẽta orbis terrarũ.*

18 *Ab increpatione tua domine, ab inspiratione spiritus iræ tuæ.*

Aduersus hostes & meos

19 Misit de summo & accepit me, & assumpsit me de aquis multis.

Ostendit & suos Deus: 19 tum denique
In seruulum aspectans suum,
Me cælitus missa atque protenta manu,
Ex hoc malorum gurgite

20 Eripuit me de inimicis meis fortissimis, & ab his qui oderunt me, quoniã confortati sunt super me.

Extraxit, 20 eripuitque ab hostibus feris
Et pertinacibus meis
Osoribus: uirtute quanquam & robore
Tunc fortiores me forent,
Et præualerent mihi numero uique & dolo!

21 Præuenerũt me in die afflictionis meæ, & dominus factus est adiutor meus.

21 Quem tempore in læuo & malo
Præoccupauerant: sed inde me Deus
Eduxit, atque de manu
Eripuit illorum, & mihi auxilio fuit.

22 Et eduxit me in latitudinẽ, saluũ fecit me quoniã uoluit me.

22 Nam quum inter has angustias
Opprimerer, ut uix inde spirandi mihi,
Aut expliandi me ex eis
Reliqua facultas esset, ille protinus
Viam mihi latissimam
Muniuit: &, quia admodum me diligit,
Hinc eruens tutatus est.

23 Et retribuet mihi dominus secũdũ iustitiam meã, & secundum puritatem manuũ mearum retribuet mihi.
24 Quia custodiui uias domini, nec impie gessi à Deo meo.
25 Quoniã omnia iudicia eius in cõspectu meo, & iustitias eius nõ repuli à me

23 Nec ambigo quin iam remuneret mihi
Et innocentiam meam,
Et puritatem innoxiæ uitæ meæ.
24 Quippe illius rectas uias,
Quanto ipse possum maximo studio, sequor:
Nec eius à cultu aut fide
Deficio: 25 quinimò ante oculos legem ipsius
Habens, quod ipse præcipit
Attentius considero: nec si queo
Detrecto mandata illius.

26 Et ero immaculatus cũ eo, & obseruabo me ab iniquitate mea.

26 Quapropter illi hærebo semper, integrum
Me labe ab omni continens.

Et consueta diligentius cauens
Delicta, ne rursus patrem.
27 *Tum certo eum remuneraturum scio*
Et innocentiam meam,
Et puritatem innoxiæ uitæ meæ:
Adstare quum me fecerit,
Remunerandum pro sua illa gratia,
Palàm ante conspectum ipsius.
28 *Præstare nam te beneficum ô Deus bonis,*
Et innocenti innoxium,
29 *Mundúmque mundis consuesti: & improbum,*
Peruerso & improbo uiro.
Tu 30 *nempe proiectum populum & iacentē humi*
Seruabis, & statim eriges.
Contrà, superbos spiritus mox deprimes.
31 *Splendore uerò quum tuo*
Mentis lucernam illumines meæ, meas
Procul tenebras disijce, &
Calignem illustra meam: 32 *tum, teduce*[a]
Et adiuuante, hostium
Cuneos meorum irrumpam etiam instructissimos.
Nec liber euadam modo
A calamitate quam mihi incauto struunt,
Sed alta eorum mœnia
Transgrediar, uno fultus & nixus Deo.
33 *Verax enim est prorsum in suis*
Promissionibus Deus: uiæ illius
Viæ integræ, non sordidæ.
Sermo ipsius tanquam igne purus & probus
Inuentus, omnem respuit
Admixtionem falsitatis & doli,
Quo certius, quo uerius,
Excogitari aut inueniri nil potest.

[a] hier. Curram accinctus. Fal. conteram militũ cuneum.

27 Et retribuet mihi dominus secundũ iustitiã meã, & secũdũ puritatem manuum mearum in cõspectu oculorũ eius.

28 Cum sancto sanctus eris, & cum uiro innocente innocens eris.

29 Et cũ electo electus eris, & cum peruerso peruerteris.

30 Quoniam tu populum humilẽ saluum facies, & oculos superborum humiliabis.

31 Quoniã tu illuminas lucernam meã, domine Deus illumina tenebras meas.

32 Quoniam in te [a] eripiar à tentatione, & in Deo meo trãsgrediar murum.

33 Deus meus impolluta uia eius, eloquia domini igne examinata, protector est omniũ sperantiũ in se.

Adiutor eſt quoque omnibus
Quicunque ſe fidunt, & illos protegit,
Nec prorſus unquam deſerit.

34 Quoniam quis præter dominũ, aut quis Deus præter Deum noſtrum? 35 Deus qui præcinxit me uirtute, & poſuit immaculatã uiam meam.

34 *Nam, te obſecro, quis præter hunc dominũ Deus!*
Aut quis Deus tam fortis eſt,
Vt iſte Deus eſt noſter! 35 *ille ipſe eſt Deus*
Qui fortitudinem mihi,
Robúrque ſuppeditauit inuictum, aſpera
Vt magno & infracto feram
Animo, ille uitæ tutum iter & caſtum meæ
Inſtruxit atque muniit.

36 g Qui perficit pedes meos tanquã ceruorum, & ſuper excelſa ſtatuens me.

g Hier. Coæquans pedes meos ceruis.

36 *Pedes mihi non aliter ac ceruis dedit,*
Pernicitate præpeti
Adeò ualentes, ut loca omnia aſpera
Conſcendere atque imperuia
Valerem, & expugnare prærupta omnium
Caſtella & oppida hoſtium,

37 Qui docet manus meas ad præliũ & digitos meos ad bellum.

Quæ cuncta ſubiiciet mihi. 37 *Ille eſt qui meas*
Inſtruxit ad bellum manus,
Et militaris me rei ſcientia
Ornauit: Ille brachia
Sic roborauit atque ſolidauit mea,
Vt æreum arcum frangere

38 Et dediſti mihi protectionem ſalutis tuæ, & dextera tua ſuſcepit me.

Et ferreum queant: 38 *ſalutarem quoque*
Aduerſus ærumnas mihi
Clypeum dedit: etenim tua ô Deus manus
Suſcepit, auxit me tua

h Hier. manſuetudo tua multiplicauit me.

39 h Et diſciplina tua correxit me in finem: & diſciplina tua ipſa me docebit.
40 Dilataſti greſſus meos ſubtus me, & non ſunt infirmata ueſtigia mea.

Humanitas: 39 *méque illa diſciplina ſic*
Correxit: ac me denique
Sic erudiuit ac docuit tua, ut nihil
Vllis timere debeam in
Periculis. 40 *Nam quum ancipites anguſtiæ*
Sic circuirent me undique.

Vt non iam haberem ubi pedum uestigia
Firmare possem ac figere:
Viam ipse monstrasti, & pedibus latam meis
Communiisti semitam:
Ne forte crura, debilésue tibiæ
Vllo uacillarent modo.
41 *Quapropter hostes persequar: nec persequar*
Tantum, sed illos assequar.

41 *Persequar inimicos meos & comprehendam illos, & non reuertar donec deficiant.*

Vt ut fugam meditentur, haudquaquam tamen
Reuertar inde, quin prius
Omnes ad unum deleam: 42 *& sic deleam,*
Sic conteram, inde ut surgere

42 *Constringam eos nec poterunt stare, cadent subtus pedes meos.*

Nunquam queant: nam destituti uiribus
Subter pedes meos cadent.
43 *Tu nempe robustus Deus, qui robur ac*
Vires mihi largiris, &
Alioqui inermem in prælio audacem facis.
44 *Nec ambigo, quin tu meos*

43 *Et præcinxisti me uirtute ad bellū, & supplantasti insurgentes in me subtus me.*
44 *Et inimicos meos dedisti mihi dorsum, & odientes me disperdidisti.*

Hostes, & omnes quotquot in me insurgere
Conantur, illico opprimas,
Humíque prosternas & incurues. tu enim
Vt terga fœdè uerterent,
Metúque territi in fugam sese darent
Fecisti, & ipse non semel
Vt perderem osores meos, & funditus
Pessundarem ac succiderem.
45 *Nam quum undecūque supplices peterent opem,*
Nemo adfuit: quin & suas

45 *Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret ad dominū, nec exaudiuit eos.*

Quum funderent preces, etiam impij
Et uota sacrarent sua,
Ad illa ne uerbum quidem ille. 46 *Quare eos,*
Quanquam potentes se putant,
Vt excitatus puluerem uentus leuem &

46 *Et comminuam eos ut puluerem uēti, ut lutum platearum delebo eos.*

Lutum plateæ dissipat,
Adeò ut nihil supersit ubi perflauerit,
Sic ipse planè conteram.

47 Eripies me de contradictionibus populi, constitues me in caput gentium.

47 Nec iam meorum factiones amplius
Verebor, atque iniurias:
Scio nempe quòd non aliter atque quondam ab iis
Tu me eruisti, ita erues.
Neque id modo unum, at principem tu me quoque
Vel exterarum gentium
Capútque constitues. 48 nam & illæ nominis
Fama mei tantummodo
Permotæ, etiam ultro dediderunt se mihi:
Quámque antea ignoraueram
Gentem, mihi illa sponte seruiuit sua.

48 Populus quem nō cognoui seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi.

49 Sed exteros duces quoque
Existimantes se suis uictoriam
Posse obtinere uiribus,
Mendacii palàm argui, tunc quum mihi
Illam unus ipse cælitus
Deus attulisti: illique contrà tabidi
Spe deciderunt de sua, ac
Lata è platea in perbreues angustias
Contracti, & illinc inscii
Prolapsi aberrauere claudi de uia.
Nec arcibus summis enim,
Nec mœnibus clausi optimis, metu uacant.

49 Filij alieni mentiti sunt mihi, filii alieni [b] inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis.

[b] Hier. defluent, & contrahentur in angustiis suis. Vel. inueterascent & timebunt ex penetralibus suis.

50 Nunc ergo passim ab omnibus
Laudetur ille dominus ac Deus meus,
Ac uictor æternum imperet,
Et sempiternis sæculorum ætatibus
Conculcet omnes impios.
Omnes eum attollant salutis ut suæ,
Et caussam & authorem unicum.

50 Viuit dominus & benedictus Deus meus, & exaltetur Deus salutis meæ.

51 *Iniurias enim ultus est omneis meas,*
Mihique gentes impias
Subiedit, ac me de hostibus eripuit meis:
52 *Simulque ab insurgentibus*
In me, & mihi uim uolentibus facere, eruit:
Fecitque ut illis fortior
Euaderem ac superior, & me ab omnibus
Tutatus est uiris malis.
53 *Ergo in aliena gente (quum tam magna sit*
In me tua hæc benignitas)
Intérque gentes exteras, laudes tuas
Et prædicabo semper, &
Hymnis canam meis: & audientibus
Terra atque olympo & inferis
Celebrabo numen illud ac nomen tuum,
Dicámque: is 54 *est fortis Deus*
Qui non deest in calamitatibus, suis:
Nam non modò insperabilem
Mihi salutem in tempore attulit, ast eam
Et gloriosam & omnibus
Miraculo posthac futuram gentibus.
Haudquaquam enim diris modo
Christum suum tutatus est ab hostibus,
Sed uerò inaudita quoque
Benignitate prosecutus est: neque id
Visum est ei satis, nisi
Immensa porrò dona posteris quoque
Meis in æternum daret.

51 *Deus qui das uindictas mihi & subdis populos sub me, liberator meus de inimicis meis iracundis.*

52 *Et ab insurgentibus in me exaltabis me, à uiro iniquo eripies me.*

53 *Propterea confitebor tibi in nationibus domine, & nomini tuo psalmum dicam.*

54 *Magnificans salutes regis eius & faciens misericordiam Christo suo David, & semini eius usque in sæculum.*

ARGVM. PSAL. 19.

Diuinam ex cœli orbiumque cælestium ac astrorum opificio uirtutem ac maiestatem, & ex eorum situ ac motu tenoreque perpetuo sapientiam, ut ex externis & spectabilibus elementis intelligamus, proponit hoc psalmo Dauid, simul & legis diuinæ præstantiam ostendit: demum admissa sibi remitti precatur. Nihil autem uetat cæli nomine mystico apostolos intelligi. Appositus est psalmus ad prædicandam Dei uirtutem ac sapientiam.

Psalmus decimusnonus tricolos tetrastrophos, constans duobus primis uersibus asclepiadeis, tertio pherecratio, & quarto glyconico.

1 Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentũ

1 'Aeli illa species undique fulgida,
c Distinctisque suus syderibus decor,
Produnt quanta opifex est
Virtute ac sapientia:
Astrorúmque situs tam uarij, & sui
Nunquam non similes, quantum opus ipsius
Et quàm magnificum sit,
Præclarè omnibus explicant.

2 Dies diei eructat uerbum, & nox nocti indicat scientiam.

2 Et collata diem ad præteritã dies
Cursu continuo, consimili ordine, ac
Nox cum nocte, & eorum
Idem ac perpetuus tenor,
Diuini artificis nunc sapientiam
Immensam celebrant, nunc quoque prouidam
Curam, qui moderetur
Quicquid condidit & regat.
Succedens etenim præteritam ad diem
Semper sol nouus adfert aliquid noui:
Nec nox præterit ulla,
Quæ non nocti etiam alteri
Admirandum aliquid proferat ac nouum

Diuinæ indicium uel sapientiæ,
Vel uirtutis, uti si
Humanos resonent modos.
3 *Nam uox nulla licet, nec sonus est eis,*
Nec ritu illa hominum muta loqui queunt:
Nullæ sunt tamen usquam
Gentes, nulláque natio
Vsquam tam rudis ac barbara, tam ferox,
Quæ tanti artificis non teneat probe
Vtcumque illa sonent uo-
ces, linguas, idiomata.
4 *Immutabilis ille ordo uidelicet*
Aedis stelliferæ ac totius ætheris,
Terram personat omnem,
Atque omnes procul insulas.
Structura illa Dei nempe adeò elegans,
Ad certam ueluti condita lineam,
Et rectissimam amussim,
Quidnam, obsecro, aliud sonant,
Quàm magni artificis tum sapientiam,
Tum miram bonitatem atque potentiam,
Quæ peruenerit usque
Fines orbis ad ultimos?
Nam nullus populus nulláque gens fuit,
Quin ad tanti operis contuitum stupens
Cerò confiteatur,
Cœli unum artificem Deum.
5 *Quòd si cuncta oculis atque animo semel,*
Quæcunque ille probus condidit artifex,
Collustraueris, atque
Recte inspexeris, omnium
Est pulcherrima lux solis & optima:
Qui candore suo cum tenebras fugat,

a Hier. quibus. Fel. ut Sanct. Non audiuntur uox eorum, & iuxta lectionē eius tractim legēdum est uersus sequens, in omnē terram: quasi dicat. Etsi muti sunt cœli, tamē in omnem terram exiuit sonus eorum.
b Fel. Cursus. Sanct. linea, uel regula. Chald. effectus.

b Hebr. sole posuit tabernaculum in eis.

3 Non sunt loquelæ neque sermones, a quorum non audiantur uoces eorū.

4 In omnē terram exiuit b sonus eorū & in fines orbis terræ uerba eorum.

5 b In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquā sponsus procedens de thalamo suo.

Tum uitam atque calorem
Rebus luce sua omnibus
Adfert. hunc Deus inter uaga sydera,
Ceu regem medio constituit loco,
Terrena ista calore
Cuncta ut confoueat suo.
Vt uerò thalami de penetralibus
Comptus progreditur sponsus, & obuiam
Sponsæ occurrit, amicos
Omnes exhilarans suos:
Sic quando ætherei de thalami abditis
Vt sponsus faciem comptus & elegans
Sol procedit, & ista
Mundi illuminat infima:
Tum mœstos animos lætitia afficit,
Et splendore oculos exhilarat suo.

6 Exultauit ut [d] gigas [e] ad currendam uiā [e] à summo cælo [e] egressio eius.

6 *Atqui perparum id esset*
Quòd pulcherrimus est, nisi
Præterquam quòd eo pulchrius est nihil,
Sic uelocius esset nihil: ille enim
Mox atque ex oriente
Egressus uiam iniit suam,
Heroem esse putes, é q; gigantibus
Vnum aut semideis, qui suum iter uelit
Vno absoluere cursu.
Tanto fertur enim impetu, ab
Eoa plaga ad usque Hesperium mare,
Vno ut curriculo conficiat diem:

[d] Sanct. potens.
[e] Sanct. & Fel. ab extremo cælorum.

7 [f] Et occursus eius usque [e] ad summū eius, nec est qui se abscondat à calore eius.

7 *Vtq; egressus ab uno est*
Cæli limite, protinus
Cursu præcipiti fertur in alterum.
Nec uerò locus est luminis ipsius
Vitalisque caloris

[f] Hier. cursus eius usque ad summitatem illius. Fel. circulatio eius super extrema eorum.

Expers: usque adeò omnia
Perlustrat loca inaccessáq; & auia.

g Sanct. perfecta.

g Et quanquam poterat sufficere omnibus
Contemplatio rerum
Tantarum, ut dominum ac Deum
Illarum artificem intelligerent, tamen
In nos immeritos magnifici patris
Tam magna extitit, atque
Tam præclara benignitas,
Vt leges etiam ille ipse sui indices
Absque ullo uitio prorsus & integras
(Ne quid dissimulare
Possemus) superadderet:
Leges inquam animos quæ male perditos
Oblitósque Dei, atque immemores sui,
Ad uitam meliorem
Aeternamq; reducere
Et seruare queant: quæq; receperit
Obseruantibus harum dare, ea omnia
Certo certius ille
Exoluit, fide & integra:
Qui mundo insipientes (humili modò
Ac summisso animo si fuerint, neque
Elato) procul abiectis illis sapientibus,
9 Diuina erudiit sæpe scientia.

h Heb. præcepta.
i Sanct. purũ.

Iussa autem ipsius & iustitiam docent
Et mentem exhilarant, ac
Omnem sollicitudinem
Ex afflicto animo & mœstitiam exigunt,

k Heb. Mundus.
l Heb simul.

Illustrantq; aciem mentis, ut ipsa sunt
Pura & lucida: sed 10 quid
Vsquam relligosius

8 *Lex domini g immaculata, conuertens animas, testimonium domini fidele sapientiam præstãs paruulis.*

9 *h Iustitiæ domini rectæ lætificantes corda, præceptũ i domini lucidum, illuminans oculos.*

10 *Timor domini k sanctus, permanet in seculum seculi, iudicia domini uera iustificata in semet ipsa.*

Quàm castus timor ille & reuerentia,
Qua mens pura Deum ceu dominum ac pium
Patrem obseruat, amátque,
Non serui timet in modum!
Constans iste timor perpetuum manet,
Migrantésque animas corporis è specu
In cælum uehit usque,
Tanquam indiuiduus comes.
Vera autem imò mage ipsissima ueritas,
Sunt edicta Dei & iudicia ipsius,
Per se, non aliena
Iusta aut iustitia aut ope.

11 Desiderabilia super aurum & lapidem preciosum multum, & dulciora super mel m & fauũ.

11 *Atque auro preciosissimo & optimo*
Longe optabiliora: imò etiam Indicis
Gemmis, & si aliud quid
Gangis fert preciosius:
Hybleoq; magis melle suauia, &
Iis quos Attica fert mellifluis fauis:

m Hier. Fauũ redundantem. Fœlix. Succum fauorum.

12 Etenim seruum tuum n custodit ea, in custodiendis illis retributio multa.

12 *Quæ seruum erudiunt, &*
Prudentem efficiunt tuum.
Quisquis sollicitè obseruat ea, & Dei
Ad mandata animum adiungit & applicat,
Mercedem inde opulentam,
Ac multam referet nimis.

n Docebit. Fœlix. Cautus fit in ipsis. Sanct. Illustratur in eis.

13 o Delicta quis intelligit ab occultis meis munda me domine, & p ab alienis parce seruo tuo.

13 *Sed quando uitium sæpe etiam pios*
Virtutis specie fallit, & integram ac
Omni ex parte beatam
Vitam nemo hominum potest
(Dum casso hoc premitur corpore) degere,
Nec peccata etiam percipere omnia,
Prorsumq; illa cauere,
Sit cautus licet & catus:
Has quæso maculas ô Deus ablue,

o Heb. errores.
p Hier. & Fœl. à superbis. Sanct. à superbiis.
q Hier. Libera. Fœl. Contine.

Quæ nos, ut fugiant & lateant, tamen
Sic natura hominum fert,
Conspurcans etiam inscios.
Quanquam quid maculis quærimus ablui
Illis uel leuibus uel latitantibus,
Tanquam non aliunde
Oppressi grauioribus
Nil diuina egeamus bonitate! age
Serui ergo misereſcat dominus sui,
Atque illi grauiora
Execrandaq́; crimina,
Ceu fastum intolerandamq́; superbiam
r Sanctes & Fel. Ne dicãtur in me. *Condonet.* 14 *Quid enim si penitus nihil* 14 r Si mei nõ fuerint ? dominati, tũc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo.
Illa in me dominentur,
Nec uerò ex alio statim
In peccatum aliud me miserum trahant!
Tunc sanè integer & mundus ero: neque
Me sordes maculabunt
Grandis flagitij ullius.
ſ Hier. Sint placentes sermones mei. Fel. Sint in uoluntate, id est, grata eloquia oris mei. 15 *Tunc hymnosq́; meis carminaq́; & modos,* 15 ſ Et erunt ut cõplaceant eloquia oris mei, ? & meditatio cordis mei in cõspectu tuo semper.
Et quæcunque loquor scribòue, ea omnia
Grata acceptaq́; habebit
Adiutor meus & Deus.
Nec quicquid modo scribo atq́; loquor, sed &
Quæ mecum tacitus, cumq́; animo meo
Verso & cogito, ego uni
Curabo ut placeant tibi:
t Hier. Fortitudo Fel. creator. Sanct. petra. 16 *Qui seruare soles, meq́; periculis* 16 t Domine adiutor ? meus & redẽptor meus.
Quæcunque ingruerint, eximere omnibus:
Tanquam qui Deus unus,
Vnumq́; auxilium es meum.

ARGVM. PSAL. 20.

Precatio est in hoc psalmo populi regi suo Dauidi ad bellum anceps proficiscenti bene precantis, quanquam Euthymius græcus ait prophetice describi uota populi Ezechiæ regi aduersus Semnacherib regem prospera optantis. Potest quoque hoc loco intelligi, Dauid spiritu prophetico regi & meßiæ Christo bene precari, quem & saluum fore ab inimicis, & pro sui reuerentia in membrorum suorum caussa exauditum iri prædiat. Valet psalmus ad impetrandam regi in bello uictoriam.

Victori psalmus Dauid.

Psalmus 20. Ode tricolos tetrastrophos: constans 2. primis uersibus dactylicis trimetris, tertio iābico dimetro hypercatal. quarto dactylico tetrametro Alcmanio.

1 ¶ a Exaudiat [1] te dominus in die tribulationis, protegat te nomen Dei Iacob.

1 Xaudiat te ô rex Deus optimus
a Duro atque atroci tempore: protegat, (a Fal. Restēdeat.)
Téque in loco securo & alto
Collocet illa Dei uerenda
Et sacra maiestas, quæ Iacob patrem
Malis tot olim tótque laboribus
Exercitum nunquam reliquit:
Progenie at numerosiore
Auctum & beatum, percelebrem omnibus
Post sæculorum ætatibus (ut foret
Genti suæ exemplum æmulandum)
Reddidit: atque Iacob uocari
Sese Deum, haud ægrè tulit à suis.

2 Mittat tibi auxilium de sancto, & de Siō b tueatur te.

2 Quin & capessenti tibi prælium
Sionia ex æde adsit, & te (b Heb. Roboret uel fulciat.)
Contra acies tueatur omnes.

3 Memor sit omnis sacrificij tui, & holocaustū tuū c pingue fiat [d]

3 Memor sit omnis sacrificij tui,
Quámq; immolasti uictimam & hostiam (c Sāct. & Fælix Incineret.)
Victoriæ ergo consequendæ,
Indicet esse sibi placentem, (d Heb. addūt selah quod uario modo interpretatur, ut in præfatione diximus.)

Ignísque totam cælitus exiens
In puluerem conuertat, & hostiæ
Pinguissimorum illi loco sint:
Sic dubio procul est futurum.
4 *Det ille quæcunque ex animo uoles,*
Tuúmque mox desiderium expleat.
Heb. impleat. *Quòd si incipis quidquam, adsit ille*
Principio, bene rémque cœptam
Secundet & perducat ad exitum.
5 *Et quum reuersus uictor eris, tum*
Ouabit in tua salute
Sollicitus populus: triumphúmque
Ex hostibus solo auxilio Dei
Per te in fugam fœdè ac miserè datis
Agemus: ipsisq; in plateis
Eximium ut monimentum & ingens
Victoriæ signum ac specimen tuæ
Vexilla figentes, domini in Dei,
Per quem est salus allata nobis,
Nomine magnificabimur: 6 *nam,*
Certe futurum est ut dominus tuas
Petitiones protinus audiat:
Qui signum ab alto ostendit, ex quo
Nouimus haud dubiè ut salutem,
Victoriam & Christo memorabilem
Suo, redactis ad nihilum hostibus
Promiserit, 7 *suúmq; seruum*
Audierit Deus, & se ei de
Cælo suo responderit affore
In ui salutarique potentia,
Qua perdat omnes eius hostes,
Quum nequeant nisi præpotente
Virtute uastari domini Dei.

f Hier. Ducemus choros. Fel. Erigemus uexillum.

g Hier. In fortitudine dexteræ salutis eius, in fortitudine salutaris dexteræ suæ.

4 Tribuat tibi secundum cor tuũ, & omne consiliũ tuum e confirmet.

5 Lætabimur in salutari tuo, & in nomine domini nostri f magnificabimur.

6 Impleat dominus omnes petitiones tuas. nunc cognoui quoniam saluum fecit dominus Christum suum.

7 Exaudiet illũ de cælo sancto suo g in potentatibus salus dexteræ eius.

A gente barbara exteráque
Incolumem populum fouebit.

ARGVM. PSAL. 21.

Perfectis fœliciter à Dauide *contra* Dei *hostes bellis omnibus, congratulatur regi suo populus, deoque gratias agit: inimicis autem* Dauidis *sinistra imprecatur.* Sunt qui de *rege & messia* Christo *non male psalmum interpretentur: quem à* Deo *patre exaltatum iri sicut & hostes eius pessundatum* Dauid *prædicit.* Certe Chaldaica *interpretatio uersum primum de messia interpretatur.* Appositus *est psalmus ad agendas* Deo *post habitam à principe uictoriam gratias.*

Victori psalmus Dauid.

Psal.21. Ode dicolos distrophos, constans priore metro glyconico, altero asclepiadeo.

1 Domine in uirtute tua lætabitur rex a & super salutare tuum [1] exultabit uehementer.

a Sanctes & Fœl. In salute tua.

1 *Vnc uirtute tua Deus*
n Rex lætabitur, ac de auxilio tuo
Exultabit, & admodum
Victis, inq; fugam turpiter hostibus
Versis, lætitia effluet.

b Fœl. & Sāct. Probatione labiorum eius nō prohibuisti.

2 Desiderium cordis eius tribuisti ei b & uolūtate labiorū eius non fraudasti eum.

2 *Optatis etenim semper eum suis,*
Et desyderio frui
Fecisti: siquidem non modò quicquid abs te labris petiit suis,
Sed quod secum animo concupiit, et
Donasti Deus illico:

c Heb. Bonitatis.
d Hier. & Fœl. De obrizo.

3 Quoniam præuenisti eum in benedictionibus c dulcedinis [1] posuisti in capite eius coronam de lapide d precioso.

3 *Præuenisti etiam incredibili tua*
Ipsum munificentia,
Ipsiusque caput gemmeo & aureo
Ornasti diademate,
Quo rex allophylōn dirus & impius

Ornabatur obambulans.

4 Vitam petiit à te, & tribuisti ei longitudinem dierum in seculum & in seculum seculi.

4 *Quumq; illum opprimerent undique tot mala,*
Vitam abs te petiit suam.
Prolixos sed et praeterea dies,
Et uitam sine termino

5 Magna est gloria eius in salutari tuo, gloriam & magnũ decorem impones super eum.

Elargitus es: 5 *ac non sine gloria,*
Immensis & honoribus:
Quando illum insidiis totq; etiam hostibus
Vallatum uel atrocibus,

6 Quoniam dabis eum in benedictionem in seculum seculi, laetificabis eum in gaudio cũ uultu tuo.

Servasti incolumem. 6 *ergo ista salus et*
Insperata ubi contigit,
Non sperare potest à domino suo
Perquam magnifico & bono,
Immensos & honores, bona & omnia
Quae quiuis hominum potest
Non optare modò, uerum animo quoque
Complecti suo & assequi:
Infinita etenim est magnificentia,
Qua tu perpetuo foues
Immensisq; pium amplè cumulas bonis,
Quem mox ut facie tua
Summi teste fauoris semel ô Deus
Blandè inspexeris, illico
Summa laetitia ipsum exhilaraueris.

7 Quoniam rex sperat in domino, & in misericordia altissimi [e] non commouebitur.

7 *Ergo in te Deus optime*
Quum spem & consilium constituat suum [e] Hier. Non decipietur.
Rex noster bonus ac pius,
Et tutum sit et ac perfugium unicum
Insignis bonitas tua:
Non mutabit, eritq; imperium ipsius
Firmum tempore perpeti.

8 Inueniatur manus tua omnibus [f] inimicis tuis [9] dextera tua inueniat omnes qui te oderunt.

8 *Quòd si quando struunt insidias tibi,* [f] Heb. Inueniet manus tua omnes inimicos tuos.
Vimq; ô rex faciunt tui

Hostes, sufficiet protinus omnibus
Perdendis tua dextera:
Quæ, quocunq; locorum fugiant, statim
Inuentos male conteret.
Nam quicunque odiis te lacerant suis,
Vltricē reprimes manu:
9 Quumq; iratus eris mi domine, & tuis
Infensam faciem hostibus
Ostendes, rapidis continuo ignibus
Perdes, haud secus ac breui
Ardentis clybani flamma uoracior
Incendit paleas leues.
Nam disperdet eos haud dubiè Deus,
Et pessum penitus dabit,
Austeri faciem mox ubi iudicis,
Et uultum induerit trucem.
10 Ignis quandoquidem cælitus exiens
Sic deglutiet omnia,
Sic perdet miseros atque nefarios,
Ne producere postea
Ex sese penitus fructum aliquem queant.
Nec solum miseros male
Perdet: quinetiam funditus & patres,
Et patrum quoque posteros:
Vt ne qui superent de sobole impia,
Qui patres referant suos.
11 Conatus enim eorum, & studia omnia
Huc tendunt tibi ut inscio,
O rex insidias ac mala plurima
Intentent. sed enim Deus
Nouit consilium frangere inutile,
Quod iam perficere impotes
Quàm uanum est domino uelle resistere, aut

9 Pones eos ut clybanum ignis in tēpore uultus tui dominus in ira sua cōturbabit eos & deuorabit eos ignis.

10 Fructum eorum de terra perdes, & semen eorum à filiis hominum.

11 g Quoniam declinauerunt in te mala h cogitauerūt consilia quæ nō potuerunt stabilire.

g Hier. Inclinauerunt super te malum. Vel. proiecerunt.
h Cogitauerūt scelus quod nō potuerūt perficere.

12 b Quoniā pones eos dorsum, in reliquiis tuis præparabis uultum eorum.

12 Contradicere, sentient.
Cuius tu auxilio & præsidio optimo
Instructus, dabis in fugam
Qui Christum domini perdere se putant,
Ac nomen celebre ipsius
Posse extinguere: quin te in faciem quoque
Opponens fugientibus,
Disturbabis eos rex iaculis tuis.

13 Exaltare domine in uirtute tua, cantabimus & psallemus uirtutes tuas.

13 Quare te erige mi Deus,
Virtutemq; tuam protinus exere,
Hostes ut paueant tui:
Et quantum ualeas uiribus, edoce.
Nos uerò interea tuas
Laudes innumeras non reticebimus,
Nostris quinetiam tuam
Psallemus modulis magnificentiam.

b Hier. Quoniā pones eos humerum, funes tuos confirmabis contra facies eorum. Fel. Quoniā sepones eos cū nesuis tuis, diriges in uultū eorum. Sanct. Quoniā pones eos humerum, in funibus tuis præparatis, sagittas contra faciem eorum.

ARGVM. PSAL. 22.

Prophetice hunc psalmum de Christi passione conscriptum esse à Dauide, multa testantur argumenta. Primum q̨ hanc uocem psalmi, Deus Deus meus ut quid me dereliquisti, sibi Christus usurpat. Deinde quòd eum locum, diuiserunt sibi uestimenta mea, Christo tribuunt euangelistæ: & Paulus ad Hebræos 2. locum illum, Narrabo nomen tuum fratribus meis, de Christo explicat. Postremo ipse quoque contextus psalmum arguit non nisi de Christo intelligi posse, nisi nimium figuratè & durè locos illos, foderunt pedes meos & manus meas, diuiserunt sibi uestimenta mea, multosque alios Dauidi adscribamus. Inducitur ergo hic Christus tum suo tum membrorum nomine Deo loquens, & in cruce derelictum se ab eo conquerens, sigillatimque Iudæorum in se opprobria commemorans, & incredibiles afflictiones suas: speciatim manuum pedumque fossionem, & uestium partitionem: à quibus omnibus & hostibus & hostium iniuriis liberari precatus, tandem animum

sumit, & uelut de auxilio securus, ad agendum Deo secum de sua liberatione gratias fratres suos pios omnes cohortatur. Demum uocationem gentium futuram prædicat, regnumque suum in omnes terræ fines esse dilatandum. Ad commemorandam meditandamque Christi passionem ualet psalmus.

Victori pro ceruа matutina canticum Dauid.

Psalmus 22. Ode monocolos, constans iambico trimetro.

a Heb. Hæc desunt.

b Heb. Rugitus mei.

a H mi Deus, Deus quousque me sines
a Contemptum & abiectum omnibus iacere humi!
Aliquando tandem, te obsecro, me respice.
Quid tandiu Christum tuum in mediis malis
Delicta populi & crimina ut sua, ac graues
In se dolores suscipientem deseris,
Et destituis omni auxilio? iamdudum enim in
Modum leonis rugientis maximis
Clamoribus preces meæ effusæ, mihi
Nullam salutem, subsidium nullum impetrant.
Delicta membrorum meorum si uoles
Examinare, ponderareq; ad libram:
Grauiora sunt scio, illa quàm quæ gratiam
Mereantur, atque abs te salutem extorqueant.
Sed tu mei rationem habe, pater: 2 nam ego
Noctes diésque te inuoco, & numen tuum
Imploro & inclamo assidue, nec sic tamen
Proficio quidquam: non enim exaudis, neque

1 Deus Deus a meus respice in me b quare me dereliquisti longe à salute mea b uerba delictorum meorum.

2 Deus meus clamabo per diem & non exaudies, & nocte c & nō ad insipientiam mihi.

c Heb. Nec est silentium mihi.

Ad uerba reſpondes mihi quidquam mea,

3 d Tu autē in ſancto habitas, lans Iſrael.

d Hier. & tu ſancte habitator laus Iſrael. Fœlix. Et tu ſanctus inhabitans laudes Iſrael. Sanct. Et tu ſanctus permanens laudes Iſrael.

3 Quum tu interea populi tui gloria, uelut
Securus horum quæ fero omnium, tua
In ſiderali aula ſedes: tu inquam ille qui
Materia pſalmorum fuiſti & carminum
Iſraeli, omni tempore omnibus bonis

4 In te ſperauerūt patres noſtri, ſperauerunt & liberaſti eos.

Per te aucto & ornato. 4 tua quoties enim
Bonitate ſperauere maiores, & hanc
Habuere pro ſcopo unicam, nec ſpe ſua
Neque uerò opinione falſi ſunt: ſtatim
Nempe omnibus planè ſoluti ſunt malis,

5 Ad te clamauerūt & ſalui facti ſunt, In te ſperauerunt & non ſunt confuſi.

5 Quumq; angerentur in neceſſitatibus
Suis, & ad te clamitarent, protinus
Senſere ſe ſaluos: quotieſque ſe & ſua
Tibi crediderunt, opprobrio nullo, neque
Pudore ſuffuſi, neque ſpe falſi ſua

6 Ego autem ſum uermis & nō homo, opprobrium hominum & abiectio plebis.

Illa exciderunt. 6 Ipſe uerò qui meam
Fiduciam in te collocaui iugiter,
Et colloco: ille unigena filius tuus
Sic deſtitutus, totq; tam miſerè modis
Affectus afflictuſq;, humi iaceo, omnium
Hominum opprobrium, uulgiq; contumelia:
Vt non iam homo, ſed uermis eſſe, animalculum
Imbelle & infirmum ac puſillum, imò magis

7 Omnes uidentes me deriſerunt me, locuti ſunt labiis & mouerunt caput.

Fæx infimæ plebis uidear. 7 Quicunque enim
Sic me uident proſtratum & abiectum, mihi
Moto capite illudunt, & inſultant meas
In calamitates atque miſerias: & in

8 Sperauit in domino eripiat eum, ſaluum faciat eū, quoniam uult eum.

Me labra diſtorquent ſua. 8 Ille ne, inquiunt,
Eſt qui ſuam in Deo poſitam ſpem habebat, &
Suum omne in illo collocabat refugium?
Ipſum ex ſuis anguſtiis ergo extrahat
Et liberet, ſi tantopere illum amat Deus.

e Hier. Tu autem propugnator meus ex utero. Fel. Quoniam tu extrahens me de uentre.

9 Ego uerò matris ex utero eductus meæ,
Huiúsque beneficio tuo luce aeris
Donatus, ipso mox ab ubere & mea
Infantia tuæ bonitati creditus,
Fideíque commissus tuæ unius fui.
10 Tu quoque me ut in lucem mea mater edidit,
Curam ipse habuisti sollicitam mei nimis:
Teq́; inde præstitisti ab incunabulis
Mihi & Deum & pium patrem: ne desere
Tuum ergo filium ô pater: 11 tum maxime
In tempore isto, quando longe proxima est
Afflictio, nec uerò adest qui me adiuuet.
12 Circundederunt me undique atroces uiri
Lasciuientes ut uituli elapsi, & simul
Taurorum ad instar efferati, pinguium,
13 Nec aliter ac leo rapax & rugiens
Dum prædæ inhiat suæ, in me apertis faucibus
(Vt deuorent uiuum atque discerpant) ruunt.
14 Quapropter effosso innumeris uulneribus &
Plagis meo undecunque corpore, haud secus
Quàm fluuius effracto alueo, & posito procul
Obice per agros effluit: sic undique
Tam misere & indigne mihi affecto cruor,
Sanguisque totus corpore toto elabitur,
Luxatáq; ossa sunt mea omnia: 15 ac uelut
Vehementiore solis ardore, ut fiet
Durata ad hybernum gelu cera, illico
Tamen liquescit: sic, licet illud plurima
Circumambiant & muniant præcordia,
Cor mihi liquescit uentris in medio mei:
16 Ac more testæ robur arescit meum,
Et præ asperitate suppliciorum immanium
Ac inde concepta siti, mea faucibus

9 e Quoniam tu es qui extraxisti me de uentre, spes mea ab uberibus matris meæ, In te proiectus sum ex utero.

10 De uentre matris meæ Deus meus es tu, ne discesseris à me.

11 Quoniam tribulatio proxima est, & non est qui adiuuet.

12 Circundederũt me uituli multi, tauri pingues obsederunt me.

13 Aperuerunt super me os suum sicut leo rapiẽs & rugẽs.

14 Sicut aqua effusa sum, & dispersa sunt omnia ossa mea.

15 Factum est cor meum tanquam cera liquescens in medio uentris mei.

16 Aruit tanquam testa uirtus mea & lingua mea adhæsit faucibus meis, & in puluerẽ mortis deduxisti me.

Lingua & palato glutinata hæret meo.
Nec me meum robur modo ac uires meæ,
Sed ipſa quoque me uita deficiat, & parum
Abeſt ut inter mortuos annumerer, ac
In puluerem exuctus redigar. [17] *Nam me undique*
Circundederunt, efferi ut ceruam canes,
Viri impij: ſed & maleuolentum manus
Obſedit omni ex parte: [18] *quin immaniter,*
Nec aliter atque ouem ſuis leo unguibus,
Manus meas pedéſque foderunt meos:
Numerare ſic ut liceat oſſa mea omnia.
[19] *Tam nemo uerò barbarus credi poteſt,*
Cruciatibus quin condoleſceret meis.
Quum contrà acerbitas mei interim mali
Illis & inſatiabile exhiberet, &
Lætum atque iucundiſſimum ſpectaculum,
Veſtéſque partirentur inuicem meas,
Tunicamque ſortirentur inter ſe meam.
[20] *Huc ergo adesdum ô mi Deus, noli amplius*
Tardare: nec iam differ auxilium tuum:
Sed cum malorum fluctibus tot opprimar,
Accede uis & fortitudo unus mea, &
Aduerſus hoſtes tot meos, opem mihi
Laturus accelera, neque in tantis malis
Deſtitue: [21] *ſed ſicariorum de manu*
Hominum meam uitam eripe, & de faucibus
Famelicis rapacium canum erue:
[22] *Saluum'q; fac ex ore rugientis &*
Trucis leonis: atque ab unicornium
Defende cornibus, ſimulq; ab omnibus
Qui beſtiis immitiores iis feris,
Cadaueri nil aliud inhiant quàm meo.
[23] *Quòd ſi preces audis meas, meq; ô Deus*

Left margin (Verſio Eccleſ.):

17 Quoniam circundederunt me canes multi, conſilium malignantium obſedit me

18 Foderunt manus meas & pedes meos f dinumerauerunt omnia oſſa mea.

19 Ipſi uero conſiderauerunt & inſpexerunt me. diuiſerunt ſibi ueſtimenta mea, & ſuper ueſtem meam miſerũt ſortem.

20 Tu autem domine ne elongaueris auxilium tuũ à me, ad defenſionẽ meã g reſpice.

21 Erue à framea animam meam, & de manu canis h unicam meam.

22. Salua me ex ore leonis, & à cornibus unicornũ humilitatem meam.

23 Narrabo nomen tuũ fratribus meis, in medio eccleſiæ laudabo te.

Right margin (Hebr. lect.):

f Heb. Numerabo uel numeraui.

g Heb. Beſtia na.

h Hier. Solitariam.

Sepultum (ita ut loquar) reducis istius
Ad lucem & usuram aeris: nomen tuum
Ecclesiae in medio tuae sanctissimum
Annunciabo & praedicabo iugiter.

Sapphicum carmen.

24 Ergo uos quicunque deis relictis
Imò falsorum titulis deorum,
Prorsus abiectis, domino deóque
Vni adhaesistis, celebrate: rursum
Canticis illum celebrate dignis.
25 Vósque qui uestrum genus ad parentis
Illius iusti seriem refertis
Israelis, magnificate mecum,
Et Deum nostrum modulis canoris,
Sed piè & sanctè ueneramini, utq;
Filios par est, celebrate mecum.
Non enim spreuit neque uilipendit
Pauperem afflictum, faciém ue ab illo a-
uertit aut despexit eum: nam 26 & eius,
Si quis usquam, sum bonitate fretus.
Quippe post multas, ualidásque uoces
Haud suam auertit faciem: mage autem
Destituti ac ter miseri misertus,
Ad preces tandem se aliquando nostras
Ipse demisit. 27 cithara ergo laudes
Nostra concinnas tibi personabit,
Et tuum in magna populi corona,
Mi Deus nomen resonante plectro
Quamdiu uiuam celebrabo: quaeque
Vota deuoui tibi, prorsus illa
Cuncta persoluam, in celebri piáque
Gentium turba: quibus impiè olim
Dum deos fictos uenerantur, ingens

l Hier. Modestiam. Bal. & Sanctes, humilitatem.

n Heb Ab eo faliet paupere.

l Heb. Clamaret.

m Sanct. & Bal. à te.

24 Qui timetis dominum laudate eũ, uniuersum semen Iacob glorificate eũ.

25 Timeat eũ omne semen Isra l, quoniam non spreuit l deprecationẽ pauperis.

26 Nec auertit faciem suam n à me, & quum l clamarem, ad eum exaudiuit me.

27 m Apud te laus mea in ecclesia magna. uota mea reddã in conspectu timentium eum.

Gratiæ & penuria oborta uerbi est.

28 Edent n pauperes & saturabuntur, & laudabūt dominum qui requirunt eum, uiuēt corda eorum in seculū seculi.

n Hier. & Fælix. Humiles.

28 Nunc penu æternæ bonitatis illo
Omnibus planè exposito atque aperto,
Si modo summissum animum deoque
Obsecundantem gerere, omnibusque
Perplacere illi studeant modis ac
Viribus, mox omnigenis fruentur
Et bonis & diuitiis: edentq;
Pauperes submissum animum gerentes,
Vsque dum planè satiati abundent,
De cibo & pane angelico, quem edentes
Amplius non esurient: Deum autem
Quotquot exquirunt metuuntq; iugi
Illius laudes modulatione
Concinent: uitamq; licet uidentur
Morte commutare, tamen perenni
Corporis functi officiis, fruentur
Gaudio æternáque beatitate.

29 Reminiscentur & conuertentur ad dominum uniuersi fines terræ.

29 Interim uero bona tanta quotquot
Et sui obliti fuerant deíque,
Quum Deum præstare suis uidebunt:
Mox deis falsis penitus relictis
Ad Deum uiuum procul, eq; cunctis
Finibus terræ properare totis

30 Et adorabunt in conspectu eius uniuersæ familiæ gentium.

Viribus nitentur, 30 eq; dignum
Pro suis in se meritis honorem
Deferent: sic illum ut adoret orbis
Totus, & gentes simul uniuersæ,

31 Quoniam domini est regnum, & ipse dominabitur gentium.

31 Nam Dei nostri dominiq; regnum est:
Nec modo Iudæa, sed omnis eius
Sacro & augusto imperio uniuersim
Subiacet tellus: neque natio ulla est,
Regio quam non moderetur atque

Dirigat sceptro: 32 satiauit autem
Non modò afflictos humilésque, uerùm
Principes omnes, dominósque terræ
Pinguiores atque opulentiores,
Non cibo mox interituro, at illo
Pane cælesti: neque enim illibenter
Sub iugum ipsius ueniunt: sed illum
Supplices omnes uenerantur, atque
Cum tremore & relligione adorant.
Nec modò quos hic alit orbis, ast ij
Quos diu terræ gremio sepultos,
Et sua ui exurgere non ualentes,
Iure mors æquissimo ad ultimū usq;,
Et supremum iudicium coercet.
Quidni enim cuncti uenerentur, atque
Proni adorent, supplicibúsque dextris
Et colant & perpetuum precentur,
Quando nec mortem dubitarit, illos
Vt sua morte eximeret, probrosam
Atq; atrocē occūbere! 33 nēpe si quid
Viuo, ei uiuo, penitúsque uiuam
Soli & uni: nam sibi nemo uitam
Mortuo conferre potest: is unus
Hoc potest, atque unā ob eā rē, & ipse
Et mea qui de serie nepotes
Seculis posthac uenient futuris,
Illum adorabunt humiles coléntque.
34 Quin piæ ac tantæ bonitatis eius
Quamdiu uiuent memores, docebunt
Filiorum progeniem suorum
Tot bona uni accepta Deo referre:
Seculis posthac etenim futuris,
Inq; eo quem rex dominúsque noster

o Hier. & anima eius non uiuet. Vel quoniā animā suā nō uiuificauit. alii, nō uiuificabit.

p Hier. uenient & annunciabunt iustitiam eius.

q Vel. quoniā fecit sub. miranda.

31 Manducauerunt & adorauerunt omnes pingues terræ, in conspectu eius cadēt omnes qui descendunt in terram.

33 o Et anima mea illi uiuet, & semen meum seruiet ipsi.

34 p Annunciabitur domino generatio uentura, & annunciabunt cæli iustitiam eius populo q qui nascetur quē fecit dominus.

Condidit quondam populo, sibique
Qui sacra posthac generatione
Spiritu lustratus, aquisque sacris
Denuo nascetur, apertè & altè
Nunciabuntur domino suarum
Cantica æternùm memoranda laudum.
Quin licet muti, sine uocéque orbes
Sphærici, atque ipsi rationis almæ
Compotes, quorum resonant per omnem
Verba tellurem, populis locisque
Nunciabunt iustitiam uniuersis,
Eius & laudes domino sonabunt.
Quámque præclara Deus immerentes
Nos modò ac semper bonitate iuuit,
Dicet, æternùmque suæ indicabit
Longa nostrorum series nepotum
Posteritati.

ARGVM. PSAL. 23.

Ἀλληγορικῶς pastoris nomine Dei in pios omnes bonitatem & benignitatem exprimit Dauid, quo suorum curam gerente, nihi illis defore, nihil illos formidare oportere ostendit. fortasse quoque pastorem christianarum ouium Christum prophetice depingit: à quo & spiritus sancti oleo inungendos, & sacrosancto corporis sui conuiuio pascendos, sanguinisque sui calice inebriandos Christianos describit. Congruens & aptus est psalmus ad confirmandam nostram in unum Deum fiduciam.

Psalmus David.

Psal. 23. Ode monocolos, constans metro Alcaico.

[a] Hier. pascit.

1 Pascit me dominus, propterea quid deerit mihi? 1 [a] Dominus regit me & nihil mihi deerit, in loco pascua ibi [b] me collocauit.

[b] Fel. accumbere me faciet.

Is rector meus est: Quid cupiam, quidue uelim amplius?

Propter læta & amœnissima me pascua & herbida

[c] Fel. placidas. Chald. quietas.

Doctrinæ egregiæ constituit, quo me ibi pascerē: 2 & 2 Super aquā [c] refectionis educauit me, [d] animam meā conuertit.

[d] Hier. refecit. Fel. restituet.

Scripturarū ad aquas lenifluas, ac placidas, propéq;

Illa uberrima diuiniloqui flumina spiritus

Suauè enutriit: unde & sitientem atque famelicam

Ille euangelicū dux pecoris, potat alítque ouem.

3 Quumque omnē ille sui, imò patrij sollicitus gregis 3 Deduxit me super semitas iustitiæ propter nomen suū.

Curam suscipiat, nil truculentos metuam lupos,

Nil fures pecorū: nēpe ego quōdā haud sec⁹ atq; ouis

Quæ pastore caret, præcipiti sub barathrum pede

Festinabam: at ubi est intuitus pastor ouem suam,

Accurrit bonitate egregia illa sua & unica,

Auersamq; uias iustitiæ illam facit ingredi,

Et sublatam humeris in socium restituit gregem.

[e] Hier. in ualle.

4 Tali ergo duce quidnam esse potest, quod metuam amplius, 4 Nam & si ambulauero [e] in medio umbræ mortis, nō timebo mala, quoniā tu mecum es.

Formidémue mali, quum mihi tu sis Deus optime

Dux pastórque bonus: teq; mihi iugiter affore

Quacūque ingrediar, non dubitem: siue per horrida

Diræ mortis eundum fuat ac mille pericula:

Siue inter mediorum agmináque prælíaque hostium?

5 Nam dextræ illa tuæ regia uirga & baculus tuus, 5 Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.

(Seu me illa merito supplicio corripis ô Deus,

Siue isto titubantem erigis & consolidas pater)

Consolantur, & inter mediæ mortis & horridæ

Tot discrimina, spem magnanimā & perpetuā mihi

Præbent, tempore nullo atque loco defore te tuis

6 Parasti in conspectu meo mensam, adversus eos qui tribulant me.

6 Sed tu praeterea deliciis me Deus omnibus
Ac mensae amplificae deliciis, idq; uidentibus
Nostris hostibus eisdemq; tuis largiter afficis,

7 Impinguasti in oleo caput meũ, & calix meus f inebrians quàm praeclarus est.

7 Vnguentumq; comis illinis, & tutum habitare me
Securumque animi inter calices largifluos facis.
At sunt haec nihili prae Deus iis nos quoq; quae tuos
Ciues, atque tuos municipes perpetuò manent,
Totq; & perpetuis deliciis nempe superfluens
Christi mensa, suum corpus ubi mirificis modis
In uelamine & aenigmate & umbra modò cognitis
Caeli ciuibus offert comedendum, & calicem sui
Potandum tribuit sanguinis: illo quoque spiritus
Sancti sancto oleo delinit: g & quũ haec dubio procul
Promissa esse Deus municipi nouerimus tuo,
Nec prauorũ hominum fulminibus terreor aut minis,
Nec spe deiicior: sed mage persuadeo ego id mihi,
Quòd me isthaec tua nunquã bonitas atq; benignitas
Desertura sit, imò potius me comitabitur
In quamcũque uiam ingressus ero, ac perpetuis meae
Vitae temporibus: 9 quumque migrare inde necessitas
Coget, non dubito quin repetat spiritus hic suas
Aedes, stelliferam scilicet illam domini domum:
In qua pacifice est secula uicturus in omnia.

f Pal. superabundans.
g Heb. pro eo habent, sed & benignitas, & iungunt cum initio sequentis uersus sed & benignitas & misericordia tua &c.

8 Et misericordia tua subsequetur me omnibus diebus uitae meae.

9 Et ut inhabitẽ in domo domini in longitudinem dierum.

ARGVM. PSAL. 24.

Quanquam Hebraei dicunt hunc psalmum de constitutione templi in mõte Moriah à Dauide prophetice conscriptum esse: mihi tamen uidetur potius ex ipso contextu, cũ doctissimis Graecis admoneri hoc psalmo fideles, ut inferna omnia ista tanquam Christi opera possessionemque (quippe cui data est omnis potestas in caelo & in terra) admirentur quidẽ, sed in caelũ potius ubi praecipue sibi sedẽ ille delegit, respiciant: cuius ciues ac municipes, quales esse oporteat, depingit. uersu autem septimo & sequenti-

bus ascendentem in cæli orbes Christum & de eius ascen sione mirantes angelos prophericè describit. Aptus est psalmus ad formandos cælestis ciuis futuri mores.

Psalmus David.

Psalmus 24. Ode dicolos distrophos, constans priore me tro iambico trimetro, altero, Archilochio dactylico.

Nius omnis terra plenitudoq;
Ipsius est domini: proinde quicquid continet
1 Domini est terra & plenitudo eius or bis terrarũ, & uniuersi qui habitant in eo.
Immensus orbis uniuersiq; incolæ
Illius, in domini sunt & potestate & manu.
2 Nec more terram cæterorum condidit
2 Quoniam ipse super maria fundauit eum, & super flumina a præparauit eum.
Artificum, solidis qui fabricantur in locis,
a Hic & Fal. stabiliuit.
Vt ipsa fundamenta tutò collocent:
Ipse super maria atque mobiles aquas eam
Fundauit immotam & moueri nesciam,
Turbine uel fluuiorum illisione quapiam:
Mortalibúsque eam colendam tradidit.
b Fal. extru get.
3 At sibi constituit sedem in sacro illo & edito
3 Quis ascendet in montẽ domini, b aut quis stabit in loco sancto eius?
Pinguique monte (quò nisi ipse traxerit
Nemo uenire potest) illa uidelicet sua
Cælestis aulæ regia. Sed obsecro
Scandere quis queat illò, aut passum ibidẽ figere?
4 Qui nec manus contaminauerit suas,
4 Innocens manibus & mundo c corde qui non accepit in uanum animam suam nec iurauit in dolo d proximo suo.
c qui nõ exal tauit frustra a nimã suam.
Nec maculauerit iniustis & illis impiis
Cor cogitationibus (quæ neminem
d Heb. deest.
Lædere quum uideantur, amplius multo nocent,)
Qui nec suum mendacio fefellerit,
Multo etiam minus obsecrationem adiecerit
5 Hic accipiet benedictionẽ à domino, e & misericordiam à Deo salutari suo.
e Heb. iustitiam.
Fallendo, proximum. 5 Qui ad hunc modum suam
Diriget instituétque uitam, & in rebus bonis

Studebit exercere, cum Deo locum
Perpetuámque domum acquiret sibi: sed interim
A liberali præmia & multa & bona
Accipiet domino, & Deo salutari suo:
Iustum benignitate quem reddet sua.

6 Hæc est generatio quærentiū dominū, quærētiū f faciem Dei Iacob.

6 Tale hominum genus est quærētium regem Deū,
Et illius præsentiam ambientium.

f Heb. tuam.

7 g Attollite portas principes uestras & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ.

7 Eia agedum capita æternæ eleuate ianuæ,
Et sempiternæ uos fores templi sacri.
Vestra etiam capita huc ô eleuate principes
Ad principum illum principem & regem Deum:
Vestráque et reserate claustra, ut illuc permeet,
Introque gloriosus ille rex eat.

g Heb leuate portæ capita uestra.

8 Quis est iste rex gloriæ? dominus fortis & potens, dominus potens in prælio.

8 Sed quis, & unde uenit? qua gloriosus iste rex
De gente natus, quo creatus sanguine est?
Ille potens Deus est, rex fortis ac ualde inclytus:
Bellator heros, & ualens in prælio.

9 h Attollite portas principes uestras & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ.

9 Eia agedum capita æternæ eleuate ianuæ,
Et sempiternæ uos fores templi sacri.
Vestra etiam capita huc ô eleuate principes
Ad principum illum principem & regem Deum:
Vestráque et reserate claustra, ut illuc permeet,
Introque gloriosus ille rex eat.

h Heb. leuate portæ capita uestra.

10 Quis est iste rex gloriæ? dominus i uirtutum ipse est rex gloriæ.

10 Sed quis, & unde uenit? qua gloriosus iste rex
De gente natus, quo creatus sanguine est?
Bellipotens Deus est, qui uestra quondam prælia
Vobis peregit in quiete agentibus:
Militiæq; supernæ est gloriosus ille rex.

i exercituum.

ARGVM. PSAL. 25.

Quum & persequentium se & peccati sui meminerit hoc psalmo Dauid, uero simile est in persecutione Absalonica eum fuisse conscriptum: quo & ab inimicis se persequentibus eripi, & Dei uias doceri, peccatumque suum si-

bi remitti, atque ab angustiis populum liberari precatur. Fideles obiter ad Dei timorem exhortans, qui se timentes non sit deserturus. Accommodatus est psalmus unicuique in grauibus corporis animique morbis constituto.

Psal. 25 Ode tricolos tetrastrophos, constans duobus prioribus metris dactylicis trimetris, 3. iambico dimetro hypercatal. 4. dactylico tetrametro alcmanio.

1 Iudicam ponant alij suam
f In uiribus uel diuitiis suis, — a Heb. leuabo.
Nitantur ac fidant amicis
Principibúsque uiris: ego omnem in
Benignitate illa egregia tua,
O mi Deus spem constitui meam:
Ad te unicum in cœlum leuaui
Mentem, animúmque meum: ergo noli
Committere ut tandem pudeat spei — b ne laetentur super me.
Huius meæ me tam stabilis: 2 neque
Permitte ut insultent mihi hostes,
Ceu penitus misero, ac malorum
Aut uortice aut tanquam alluuie obruto, ac
Immerso, & omni præsidio omnium
Rerum carenti, & destituto.
Nec dubito, quod ego precor, quin
Statim impetrem: nempe usque adeò tua
Comperta nobis est bonitas: ita
Aperta & explorata, nemo ut
Ambigat aut metuat male unquam
Fore & piis, & iustitiæ ac Dei
Colentibus: qui spem penitus suam &
Fiduciam in te collocant, ac
Constituunt, tibíque annuunt, te
Nituntur uno. nec bonitas tua
Permittet unquam ista semel ut sua

1 Ad te domine a leuaui animam meã, Deus meus in te confido nõ erubescam.

2 b Neque irrideant me inimici mei, etenim uniuersi qui sustinent te non confundentur.

Spe concidant, ullóue pacto
Deiiciantur & erubescant.

3 Confundátur omnes iniqua agentes [c] supervacue.

[3] Sed erubescant spésque sua iis cadat,
Qui non lacessiti innocuos uiros

[c] Hier. frustra vel. sine caus.

Vexant, nec imbecallitate errorėue perperam agunt, sed ultro

4 Vias tuas domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me.

Sua uoluntate ac studio. [4] Quia
Verò fit ut plerumque etiam à uia
Vel iusti aberrent: ipse tu me
Dirige dux meus & tuus, ut
Ne fortè præceps in barathrum ferar,
Tu me edoce atque ostende mihi uias,
Breuésque monstra semitas: quo
Conficiam breuius tuarum
Legum atque mandatorum iter: utq; ego

5 Dirige me in ueritate tua & doce me, quia tu es Deus saluator meus & te sustinui tota die.

Opinionum dogmate ne imbuar
Falsarum, & errorum impiorum:
Tu comitare per has tenebras
Vadentem: ubi me dura necessitas
Sæpe esse compellit miseræ istius
Vitæ atque acerbæ: & ueritatem
Iustitiamq; tuam doce me.
Tu nempe seruator meus & Deus,
Omni die atque hora anxius ipse te
Expecto, dum me uindices ab
Hostibus usque adeò feris: [6] age ergo tuæ iam iam reminiscere

6 Reminiscere miserationum tuarum domine: & misericordiarum tuarum quæ à seculo sunt.

Clementiæ: nec nostra Deus bone
Peccata uindica, mage autem
Ad solitas miserationes
Illas tuas obsecro reuertere.
Non est enim res tam noua & insolens,
Quòd lenitate utaris ista,

Suppliciterque petentibus te
Non deneges: nam prima ab origine
Sic demereris nos miseros tuos
Seruos. 7 *per hanc te gratiam ergo* — 7 Delicta iuuentutis meae, & ignorantias meas ne memineris.
Supplico, per miserationum,
Fontem tuarum, fac tibi ut excidant
'*Aetatulae delicta meae: atque ea*
Quae olim per ignorationem
Seu uenialia siue morte
Dignissima admisi. 8 *at memor esto tuae* — 8 Secundum misericordiam tuā memento mei tu, propter bonitatē tuam domine.
Insignis ac summae bonitatis, &
Fac sempiterna obliuione
Vt penitus mea deleantur
Commissa: non ob planè aliud, nisi
Benignitatem quò penitus tuam
Mundo indices, & poenitenti ac
Suppliciter ueniam petenti
Te mox daturum: si tamen ô Deus
Cum lachrymis ad te ille reuerterit.
9 *Nam ad te reuersos consuesti* — 9 Dulcis & rectus dominus d propter d hoc legem dabit d delinquentibus in uia.
d Heb. docebit peccatores. — *Suscipere: utq; pius bonusque es,*
Errantibus monstrare uias, quibus
Oporteat procedere & ingredi.
Quinimò quà rectus bonusque es,
Ipsa etiam bonitate sponte &
Lubens doces illos, animo pio
Et mansueto quos fore praeuides:
Monstrásque quo pacto omnia illi
Iudicio & ratione tractent,
Atque administrent: iudicii quoque
Quonam modo uitare tui queant
Acerbitatem, mitibúsque
Et ducis & comitis loco es, quo

Tuta uia longeq; facillima
In cœlum, & illas æthereas domos
(Vbi dolor nullus labórue est)
11 Vniuersæ uiæ domini misericordia & ueritas ᵉ requirentibus testamentū eius & testimonia eius.
Perueniant. sed enim quod ipse
Doces, quod omnino fieri iubes. ᵉ Heb. custodientibus pactū eius.
Et lenitatem amplè redolet Dei,
Et ueritatem: quo uel hosti
Nostro etiam truculentiori
Simus benigni: nec nisi ueritas
Ex ore nostro prodeat: ac neque
Nostra acta præter ueritatem
Iustitiámque aliquid dolosum
Præseferant, quodcunq; lucrū hinc fluat.
Nempe ipsa sunt leges imitarier
Tuas uolenti rectum ad unguem,
Quæ facere ipse iubes: quibus quid
Vel suauius, uel iustius æquiúsue
Vnquam esse possit! Sic domini iugum
Leue atque lene: quod statim sit
A puero tolerare sanctum.
12 Propter nomen tuum domine propitiaberis peccato meo, multū est enim.
12 Iuxta ergo nomen mirificum tuum
Clementis ac lenis, domine obsecro
Ignosce peccatis meis: nam
Vsque adeò grauia illa sunt, &
Tam multa (ni tu fortè remiseris
Mihíque condonaris) ut elui
13 Quis est homo qui timet dominū? ᶠ legem statuit ei in uia quam elegit.
Nullo modo possint. 13 sed illum
O nimis atque nimis beatum
(Siquis modo usquā est) qui dominū timet ᶠ Vel. docebit eum uiā quā eliget.
Purè atque castè: legem etenim suam
Illum Deus docebit, & qua
Vel ratione uel arte uitam
Componere & formare decet, genus

Quodcunque uitæ elegerit haud malum,
Et optimam ad uitam instruetur:
g Pal. dormiet 14 *Interea quoque perfruetur*
Cunctis bonis & commoditatibus, 14 *Anima eius g in bonis demorabitur, et semen eius hæreditabit terram.*
Quascunque iusti mens hominis potest
Optare, seu nunc seu futuro in
Tempore. quinetiam quia omni-
bus comparatum est, & simul insitum à
Natura, ut ipsis prospicere ac bene
Nepotibus, filiisque cautum
Esse uelimus (& ut breuis sim)
Omni esse iure omníque uia & modo
Consultum: & hac illum quoque gratia
Donabit atque impartietur
Munificus Deus, ut quæ ab illo
Fide pari, nec dissimili quoque
Virtute stirps & posteritas erunt,
Terræ omnis hæredes fient, &
h Heb. Secretum domini. i Hier. & pactũ suum ostẽdet eis. *Nullius indigeant,* 15 *súmque* 15 h Firmamẽtũ est dominus timentibus i eum, & testamentũ ipsius ut manifestetur illis.
Declaret illis se reuerentibus
Arcanum, & illud quod pepigit semel,
Bonáque nobiscum fide icit,
Explicet edocátque fœdus,
Quicunque eum purè reuerentur &
Colunt, ut aduersis agitarier
Contingat illos opprimique:
Non poterunt tamen è gradu ipso,
Statúque mentis deiici, & alteri
Fidem dare, aut unum dominum ac Deum
Negare: nam illis, ne uacillent
Est dominus basis & columna.
16 *Et ista uerò cum fore sentiam,* 16 *Oculi mei semper ad dominũ, quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos.*
Ac tanta proponi bona præmiáque

Intelligam Deum colenti:
In te oculos ádemq; mentis,
Et cogitata ô mi Deus omnia
Mea ipse figo iugiter, unico
Te nitor, ex te uno deinceps
Pendeo: nam laqueo implicatos
Pedes meos educis & explicas.
Quòd si mihi hostes rete tetenderint,
Euellis: ut iam subuereri
Insidiásue dolósue eorum

17 Respice in me & miserere mei, quoniam unicus & pauper sum ego.

Non debeam. 17 *Ergo ô unica spes mea, in*
Seruum tuum nunc respice, & illius
Omni suorum destituti
Auxilio miseresce: tu me,
Qui solus & pauper sum, oculis tuis

18 Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt, de necessitatibus meis erue me.

Quæso intuere & respice. 18 *iam satis*
Superq; pœnarum dedisse
Ipse mihi uideor: mei me
Afflictiones ualde animi opprimunt,
Atque indies crescunt. agedum ex eis
Angustiis, quæ me coarctant,

19 Vide humilitatem meã & laborẽ meũ, & dimitte uniuersa delicta mea.

Erue me, obsecro. 19 *tu laborem*
Considera & perpende meum. tibi n
Dedisse pœnarum uideor satis?
Ah mi Deus uide dolorem

20 Respice inimicos meos quoniam multiplicati sunt, & odio iniquo oderunt me.

Quæso meum: mihique uniuersa
Peccata condona: 20 *neque me modò*
Sed & meos oro inspice tam feros
Hostes, ut aduersum innocentem
Multiplicentur & augeantur.
Quámque asperis me quàm uel atrocibus

21 Custodi animã meã & erue me, nõ erubescam quoniã speraui in te.

Sectentur & pungant odiis: 21 *ego*
Verò quia innitor tibi uni,

Nec spe alia nisi nominis me
Tui ipse sustento (haud aliunde enim
Fido atque nitor) suscipe me Deus,
Et erue ex istis calumniis:
Quamque mihi eripere, omnibúsque
Modis uisque auferre animam student,
Defende ab illis protegéque obsecro:
Pudore ne forte erubescam
Ludibrio expositus meorum, &
21 Crudelitati incredibili hostium.
Et quum tui desyderio ardeam,
Et pendeam ex te solo & uno:
Fac precor ut tueatur atque
Defendat, & me seruet ab omnibus
Iniuriis, atque innumeris malis
Vitæ innocentis simplicisque
Integritas. etenim mihi se,
Quum me intuentur magnanimæ spei,
Pij atque recti adiungere non timent.
23 Nec me opto ut unum liberes, sed
Quem populum mihi credidisti.
Ergo ut tibi laudes canat & sonet
Illo tuo in templo assiduas, age
Non me modo conserua, at omnem ab
Omnibus Israelem molestiis.

i Hi: simplicitas & æquitas seruabunt me.

21 Innocentes & recti adhæserunt mihi, quia sustinui te.

23 Libera Deus Israel ex omnibus tribulationibus suis.

ARGVM. PSAL. 26.

Innocentiam suam aduersus impios, qui se calumniabantur proponit hoc psalmo Dauid. Deinde quomodò Dei misericordia semper fisus sit, & quàm diligenter improborum consortia uitauerit: quorum depictis moribus, suppliciorum, quæ illos manent, expers esse postulat, sicut & improbitatis exors fuit. Probi uiri personam imitandam proponit psalmus.

Psalmus 26. Ode tricolos tetrastrophos, constans duobus prioribus metris asclepiadeis, 3. pherecratio, & quarto glyconico.

1 Iudica me domine quoniam ego in innocentia mea ingressus sum, & in domino sperans non a infirmabor.

1 P Ermultis me onerant criminibus mei
Hostes, inuidiam quò mihi concitent
Insonti, & male cautum
Perdant, ac miserè omnibus
Prorsum conficiant & crucient modis.
Sed te mi domine appello: age iam obsecro,
Et uindex meus esto,
Et iudex Deus optime.
Nam syncero animo semper & innocens
Vixi, omnemq́; locaui in domino Deo
Spem ac fiduciam, & illo
Niti fidereq́; unico
Semper constitui. nec metuo interim
Dum spes coniiciam omneis in eum meas,
Ne qua parte uacillem,
Aut quoquo titubem modo.

a Hier. Deficiam. Fœlix. elabar.

2 Proba me domine & tenta me, b ure renes [3] meos & cor meum.

2 Quinimò si ita uisum tibi erit, proba
Me & tenta Deus: utq́; igne probant probum
Argentum ne sit aurúmue,
Hunc planè Deus in modum
Renes ipse meos excoque, & intimos
Sensus: quódque ego, siue exterius patro
Seu delibero apud me
Explora, ac penitus mei intellectus animi: non etenim ambigo
Vitam exponere & examini & omnium
Prorsus iudiciis, aut
Illi iudicio tuo.

b Fœl. Examina.

3 Quoniam misericordia tua ante oculos meos est, & c complacui in ueritate [3] tua.

3 Obuersatur enim iugiter, & meis
Sese offert oculis illa Dei mei

c Heb. Ambulaui.

Ingens, nec satis unquam
Collaudata benignitas.
Quare ex hac, quam habeo ipsi domino, fide
Vitam constitui degere, conscius
Si quid pollicitus sit,
Iustum & ueridicum fore.
d Hier. Superbus. Belix. Versutis. *4 In primis studium hoc omne mihi fuit,* 4 Non sedi cum concilio uanitatis, & d cum iniqua gerentibus ʾ nõ introibo.
Vt uanos homines & nihili, uelut
Pestem perniciémque
Vitarem, pariterq́; eos
Qui quum dissimulent ingenium suum,
Vnum ore atque aliud uafrè animo occulunt.
Cum fallacibus istis
Ac sic dissimulantibus
Consuetudo mihi nulla fuit, 5 neq; 5 Odiui ecclesiam malignantium, & cũ iniqua gerẽtibus nõ introibo.
Peruersorum hominum conciliabula
Vnquam grata habui: sed
Iis cum dogmatibus suis
Nil odi grauius: nec me etiam impiis,
Atque exlegibus & sacrilegis uiris
Adiunxi, aut aliquando
Adiungam: quibus ac Deum
Ignorantibus, aut non reuerentibus
Iamdudum ualedixi, penitúsque eos
Tanquam pestiferum anguem 6 Lauabo e inter innocentes ʾ manus meas, & circundabo altare tuum domine.
e Heb. In innocentia. *Vitare institui: 6 bonos*
Verò, ac iuris & æqui cupidos uiros
Sectari, mihiq́; adiungere, & omnibus
Obseruare modis, ac
Mundas inter eos manus,
Hoc est integrum ab omni macula & dolo
Præ me ferre animum: quúmque meam in domum
Post casus uarios, &

Tot discrimina tantáque,
Longo ex exilio me ipse reduxeris.
Victorem'q; meorum Deus hostium
7 Vt audiam uocē laudis tuæ, & enarrem uniuersa mirabilia tua.
Tu me effeceris: 7 hic tum
Puro pectore simplicique
Adstabo tua ad altaria, te'q; ibi
Hymnis concelebrabo & modulis meis,
Sic ut personet orbis
Totus nil aliud, tuæ
Quàm clarissima miracula dexteræ, &
Laudes mirificas ac memorabiles:
Nec laudes modò pangam
Virtutes'q; tuas, sed &
Laudari à reliquis te ipse fidelibus,
Pro cuiusque modo intelligam & audiam.
8 Domine dilexi decorem domus tuæ & locum habitationis gloriæ tuæ.
8 Nam supra omnia sanctæ,
Præclaræ'q; tuæ domus
Illa incredibilis gloria me iuuat:
Eius plus oculis grata mihi est meis
Insignis species, &
Præ rebus decor omnibus.
9 Ne perdas cum impiis animā meā, & cum uiris sanguinum uitam meā.
9 Ergo cum sceleratis licet & malis,
Vitam degere nunc cogor & impiis,
Ne cum illis tamen unà
Me damnes Deus optime.
10 In quorum manibus iniquitates sunt, dextera eorum repleta est muneribus.
10 In promptu scelera illis sua sunt, quibus
Iustos discrucient: quumque locum occupent
Iusti iudicis, & uitæ
Exemplar populo sient,
Corruptis parum erat moribus esse, ni
Acceptis etiam muneribus, nefas
Fas & ius facerent, ac
Cuncta impunè agerent mala:

11 *Ipse autem innocuam te duce mi* Deus,
Vitam hucusque traho, nec minimum è uia
Declinaui: igitur iam
Filij ultro miseresce, nec
Abiectum atque humilem desere seruulum,
Verùm ex insidiis totq; calumniis
Solue atque eripe quæso.
12 *Et quum pes meus à uia*
Non deflexerit illa egregia tua
Ac iusta, ueniet tempus & hora quum
Terrarum omnibus oris,
Atque omni in populo & loco,
Constans te dominum téque Deum *asseram:*
Ac psalmis celebrabo & fidibus meis,
Sic ut te quoque deinceps
Nulla ecclesia nesciat.

11 *Ego autem in innocētia mea ingressus sum, redime me & miserere mei.*

12 *Pes enim meus stetit in directo, in ecclesiis benedicam te domine.*

ARGVM. PSALM. 27.

Extinctis Saule & Absalone unctus in Hebron David, & multis magnisque periculis defunctus, quū superessent nonnulli ex Saulis familia inimici, quibuscumseptenne illi bellum fuit, diuini recordatione auxilii, quod toties expertus esset, sese confirmat: adeò, ut iam hostile nihil Deo adiutore formidet. Deinde ut trāquillam in templo uitam sibi ducere liceat, precatus: bonaque spe animatus, Dei cōtra hostes opem implorat. Valet psalmus ad confirmādam pii principis in Deum fiduciam.

Psalmus David.

Psalmus 27. Ode dicolos distrophos.

1 *Vo non tutus eam, ambulémue tutus,*
Si nullas circum undique cerno,
Quæ meum impediant iter tenebras,
Ac nobis præluceat illa

1 *Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo?*

Lux indeficiens, uiamq́; monſtret,
Nec permittat in auia labi:
Ille inquam dominus meus deúſque?
Quòd ſi idem uitæ atque ſalutis
Largitor mihi adeſt, & unus auctor,
Quémnam, uos obſecro, timebo?

2 Dominus [a] protector [b] uitæ meæ, à quo trepidabo?

a Heb. Fortitudo.

2 Si uitæ rationem habet meæ, & me
Vnus ſeruandum atque tuendum
Suſcepit dominus, quis omnium eſt qui
Me perterreat, aut mihi quenquam
Timorem incutiat? neque hanc ſpem inanis
Abſque ulla præmefero cauſſa:
Quippe certum habeo probéque noui,
Quantum illi ſit grata ſuorum,

3 Dum appropiant ſuper me nocẽtes, ut edant carnes meas.

Et quam chara ſalus: 3 quum enim imminerent
Eductis contra me inimici
Copiis, capiti meo, meáſque
Fortunas omnes lapidarent,
Parúmque abforet, (impij & feroces
Tam ſunt) quin me dilaniarent.

4 Qui tribulant me inimici mei, ipſi [b] infirmati ſunt [b] & ceciderunt.
5 Si conſiſtãt aduerſum me caſtra, non timebit cor meum.
6 Si exurgat aduerſum me prælium, in hoc ego ſperabo.

b Heb. impegerunt.

4 Contra impingere, debileſq́; ſe eſſe
Planè uiribus undique caſſos
Agnouere, nihilq́; habere prorſum
In ſe roboris. unde etiam ſi,
In me hoſtilia caſtra fixerint, 6 &
Bellorum furor impius ac uis
In me inuaſerit, haud tamen timebo:
Sed ſpe concepta meliori,
Meo uni domino deóque fidam.

7 Vnam petij à domino, hãc requiram ut inhabitem in domo domĩni omnibus diebus uitæ meæ.

7 Ergo tam ſecurus ab omni
Hoſte, unum hoc cupio precórque ſolum,
Vnum hoc omnibus expeto uotis,
In domo ut liceat Dei mei omnem

c Hier. pulchritudinem. Fel. iucunditatem.

Perpetuò mihi degere uitam:c &
Formam denique pulchritudinemq́;
Ipsius coràm speculari,
Temploq́; illius assidere, & illic
Rebus diuinis meditandis
Meæ huius miseræ nimísque inanis,
Quod superest traducere uitæ.
9 Ille est unus enim in necessitate
Qui me, atque ipso in tempore iuuit
Aduerso, & penitus suas in ædes,
Ac penetralia in ima recepit.
10 Et ne qua superesset hostibus uia
Ad me inuadendum, statuit me
Tanquam in rupe aliqua edita inuiaq́;,
Quò nemo conscendere possit:
Extulitq́; caput meum ex tenebris,
Subiecitq́; meos hostes mihi.
Ex quo notum habeo scioq́; certò,
Rursus me in regnum rediturum,
Qui me in circuitu obsident, tenentq́;
Vallatum hostibus undique fusis.
11 Quapropter tibi uictimam immolabo
O pinguem Deus atque placentem,
Et laudis simul hostias perennis,
Cum sonitu & clangore tubarum,
Atque altare tuum ipse circuibo.
Sed nec quidquam aliud resonabit
Suspensa ex humero chelys, tuarum
Quàm suauissima carmina laudum.
12 Exaudi ergo preces meas, tuumq́;
Mox atque implorauero numen,
Clamantis miserere supplicísque:
Nec proiectum desere seruum.

d Heb. pro eo quod sequitur initio uersus sequentis circuiui, in fine huius uersus legunt, super inimicos meos qui sunt in circuitu meo.

8 Vt uideam c uoluntatem b domini, & uisitem tēplum eius.

9 Quoniam abscōdit me in tabernaculo suo, in die malorū protexit me in abscōdito tabernaculi sui.

10 In petra exaltauit me, & nunc exaltauit caput meum d super inimicos meos.

11 Circuiui & immolaui in tabernaculo eius hostiā uociferationis, cantabo & psalmum dicam domino.

12 Exaudi domine uocem meā, qua clamaui ad te, miserere mei & exaudi me.

13 e Tibi ' dixit cor meum exquisiuit te facies mea. faciem tuam domine requiram.

13 Vni intenta tibi est uelut loquenti,
Nósque hortanti mens mea, quum nos
Nomine ipsa tuo, tuum intueri
Admonet, atque exquirere uultum.
Quare & te quoque mi Deus requiro:
In te unum mea lumina uerto,
Intentísque alios adhortor esse
In te oculis, & te Deus unum
Spectare: idq; etiam supra omnia opto,
Vt te aliquando cernere coràm,
Ac tuum liceat uidere uultum:

e quidam legunt de te, alij pro te, id est, nomine tuo. :) quasi dicat te iubente & pro te nos admonet tuo nomine cor nostrum dicẽs: Exquirite faciem meam sic enim legit Fœlix, pro eo quod septuaginta legũt exquisiuit te facies mea.

14 Ne auertas faciẽ tuam à me, f ne declines ' in ira à seruo tuo.

14 Quem ne auertas, obsecro te, à me.
Nec permitte tuo premi furore,
Néue iratus desere seruum
Tuum, neu labefac ruentem, at ipsum
Substenta: 15 atque ut tu mihi semper
Rebus auxilio fuisti in omnibus, sic quæso tempore in ipso,
Ac meæ articulo necessitatis,
Te protectorem mihi præsta,
Auctorem'q; meæ salutis unum:
Quando id tempus postulat ac res.

f Fœl. Ne expellas in ira seruum tuum.

15 g Adiutor meus esto ' ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus.

g Auxilium meum fuisti.

16 Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me, dominus autem assumpsit me.

16 Non sum enim modo destitutus illis
Charis omnibus atque propinquis,
Sed me deseruit sui indigentem in
Tempore uterque parens: Deus autem
Pro sua bonitate, me meásque
Aerumnas tandem miseratus
Adiunxit sibi me, meíque curam
Suscepit, uice patris ut esset
Et matris misero mihi, omnibúsque
Orbo subsidiis & amicis:
17 Commonstra ergo mihi uiam tuam, & me

17 h Legem pone mihi domine in uia tua, ' & dirige me in semita recta propter inimicos meos.

h Heb. Doce me domine legem tuam.

Fac incedere tramite recto,
O Deus bone, ne perambulanti
Obliquos calles iter hostes
Mihi intercipiant mei: [18] inq; eorum,
Qui me odio insectantur atroci,
Incidam imperium tyrannidemq;.
Nempe subornarunt mihi falsos
Testes, proditionis ut reum me
Insimulent, & crimine ficto
Mî meram inuidiam, periculumq;
Grande creent: [19] adeò ut nisi pridem
Vacillantem animum, sibique de se
Diffidentem, spe meliori
Dei ingens bonitas benignitásque
Fulsisset, præ mole laborum
Defecisset, eique non ferendæ
Inuidiæ cessisset: ubi autem
Post uitæ uarios miserrimæ huius
Exantlatos, tótque labores,
Mihi tandem aliquando persuasi
Adfore tempus quum incola terræ
Essem, ubi neque mors, neque ulla prorsus
Aerumna est, sed nec dolor ullus,
At uitæ assiduæ comes perennis
Lætitia: hinc uires animumq;
Resumpsi. [20] ergo Dei benignitati,
Quæ te cumque afflictio uexet,
Confide, & patienter obsecro illum
Expecta: neque concide rebus
Aduersis: animumq;, quo premêris
Fortius, hoc multo mage contrà
Constanter releua & uiriliter te
Contra hostes gere: nec dubito quin

[1] Heb. Et apertum mēdaciū. Vel. Et loquēs iniquitatem.

[2] Chaldæum nisi quòd credo uidere bona domini, sub. defecissem & tot hostibus succubuissem.

[1] Heb. Confortabit. sub. Deus.

18 Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniā insurrexerunt in me testes iniqui [1] & mētita est iniquitas sibi. [3]

19 [2] Credo uidere [3] bona domini, in terra uiuentium.

20 Expecta dominum uiriliter age, & [1] confortetur [3] cor tuum & sustine dominum.

Mox adsint tibi suppetantq; uires,
Tantum illo si uteris uno.

ARGUM. PSAL. 28.

Sunt qui putent in graui aliquo periculo siue ab Saule siue Absalone filio constitutum Dauidem hunc psalmum conscripsisse, deprecãtem ne unà perdatur cum impiis: quibus quidẽ mala imprecatur, sibi autem & populo diuini fiducia auxilii bene optat. Sunt etiam qui putent, nec temerè, post turpiter à Dauidis nepotibus occisum Abner, ueritum eum esse ne sibi Deus nepotum crimen adscriberet, ut Hely paulo antea filiorum peruersitatem, ideoque orasse hoc psalmo, ut se intacto perfidiæ illi pœnas soli luerent. Certè uersus 4 Qui loquuntur pacem cum proximo, ad proditores pertinet. Diuinæ autem spe promissionis animatus Dauid, & sibi & populo bene precatur. Congruens est psalmus homini inter improbos, quibuscum illi uersari necesse est, habitanti.

Psalmus Dauid.

Psalmus 28. Ode monocolos, constans anapæstico dimetro.

1 Ad te domine clamabo, a Deus meus [a] ne sileas à me, b ne quando taceas à me & assimilabor [b] descendentibus in lacũ.

2 Exaudi domine uocem deprecationis meæ, dum oro ad te, dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum.

1 D te omnipotens clamabo Deus,
a Deus auxilium roburq; meum,
Ne me despice nec mihi quæso,
Dum uociferor & te inclamo
Obsurdescas, aut dissimules.
Alioqui expes similis fiam
Iis, quos pridem monumenta tegunt:
Aut qui nulla spe redeundi,
Tetro clausi carcere lugent.
2 Ergo serui miserere precor,
Vocemq; tui supplicis audi,
Quoties ad te uociferabor,

a Hier. Fortis meus. Felix. Creator meus. Chald. Fortitudo mea.
b Hier. Ne forte taceas te mihi cõpares.

Preábúsque meis pulsabo tuum
Augustum illud sacrumq́; adytum:
Siue ubi praebes responsa tuis,
Siue illud ubi iampridem habitas.
3 Nec me acernse in numerum illorum,
Qui flagitiis & spurcitiis
Vndique feruent: 4 & quum lingua,
Vt decipiant, suauia tantum &
Blanda loquuntur, nil nisi mortem
Atque uenenum in pectore gestant.
5 Potius uerò ut sunt commeriti,
Illaq́; sua pro nequitia,
Et commentis prauisque dolis,
O Deus illis iuste retribue:
6 Seu tantum animo sua facinora,
Seu patrarint opere ac uerbo,
Fac digna suis praemia factis
Secum referant. 7 nec iam dubito,
Quum sua tantum commoda spectent,
Et delicias, quumq́; nec illis
Curae fuerit tam magna Dei
Secum aliquando euoluere facta,
Ac tam bellam tanti artificis
Pectore molem reputare suo,
Quin hanc penitus destruat ob rem,
Perdatq́; Deus funditus illos.
8 Illum ego uerò interea summis,
Et perpetuis laudibus omni in
Gente locoq́; extollam atque ueham:
Qui nos semper, nostrasq́; preces
Exaudiuit facie laeta.
9 Vis ipse mea est, scutumq́; meum:
Cuius quoties petij auxilium,

c Heb. & Chald. Fortitudo mea & scutum meum.

3 Ne simul tradas me cum peccatoribus, & cum operantibus iniquitatem ne perdas me.
4 Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum.
5 Da illis secundum opera eorum. & secundum nequitiam adinuentionum ipsorum.

6 Secundum opera manuum eorum tribue illis, redde retributionem eorũ ipsis.

7 Quoniam non intellexerunt opera domini, & in opera manuum eius destrues illos & non aedificabis eos.

8 Benedictus dominus, quoniam exaudiuit uocem deprecationis meae.

9 Dominus c adiutor meus & redemptor meus, & in ipso sperauit cor meũ & adiutus sum.

Illo fidens prorsus in uno,
Toties adfuit, & me adiuuit:
10 Toties magna præ lætitia,
Cor mihi uisum est gestire meum,
Ac mea toties caro refloruit.
Quamobrem modulis, & carminibus
Iugiter illum celebrabo meis:
11 Protector enim populi Deus est,
Roburq; sui: Christumq; suum
Seruare potest unus, & illum
Aduersum omnes planè inimicos
Et protegere & facere saluum.
12 Ergo populum tutare tuum,
Donisque tuis ô Deus auge:
Quos participes atque hæredes,
Quondam esse tuos bonitate tua
Voluisti, illósque in perpetuum
Magis ac magis extolle & pasce.

10 Et refloruit caro mea, & ex uoluntate mea cõfitebor ei.

11 Dominus fortitudo plebis suæ & protector saluationum Christi sui est.

12 Saluum fac populum tuum domine & benedic hereditati tuæ, & rege eos & extolle illos usque in æternum.

° Hier. Mea. Fel. & Chal. Ipsum.

ARGVM. PSAL. 29.

Inuitantur hoc psalmo fideles ad celebrãdam Dei uirtutem ac gloriam, quam in ciendis tonitruis, agitãdis aquis, concutiendis syluis, & confringenda hominum superbia & proteruia (quos metaphoricè per Libani cedros intelligit) manifestam facit. Vnice ualet psalmus ad deiiciendos deóque subiiciendos superbos.

Psalmus Dauid.

Psalmus 29. Ode monocolos, constans metro glyconico.

1 Ferte eia principes,
Atque uni domino & Deo
Pingues cædite uictimas:

1 a Afferte domino filij Dei, afferte domino filios arietum.

a Hier. afferte domino filios arietum. Fel. Afferte domino filij principum.

2 Quæq; illum decet unicum,
Illi adscribite gloriam.
(Quippe unus super æthera
Virtute omnia continet
Illa incredibili sua)
Noménque ipsius inclytum, &
Augustum ueneramini
In sancto ipsius atrio: &
Eius magnificentiæ
Palmas tendite supplices:
3 Qui uocem in nebulis suam
Audiri facit, atque aquis
Pro solo arbitrio imperat.
Vtq; auertat ab impiis
Peruersos homines uiis,
Mirandamq; potentiam,
Illos perdere qua queat,
Testetur: quoties placet,
Vocem cum tonitru ciet:
Immensa simul & pluit
Vndarum uiolentia.
4 Nec uox ulla potentior,
Aut usquam speciosior
Illa magnifica Dei est
Voce, ac magnificentior:
5 Quæ celsas Libani cedros
In cælum caput editas
Flatu concutiet suo:
Et quotquot Libani cedros
Præ fastu atque superbia
Elati referunt sua.
6 Iratus quoties enim
Horrendum fremit ac tonat,

b Hier. imperium. Fel. & Chald. Fortitudinem.
c Hiero. & Chald. in decore sancto. Fel. in magnificentia sanctitatis.
d Hier. & Chald. in decore.
e Hier. Et dispergit eos quasi uitulos: Libanus & Syrion quasi filius rhinocerotis. Fel. Et exilire faciet eos uelut uitulũ, Libanum & Syrion uelut filiũ unicornũ.

2 Afferte domino gloriam b & honorem c afferte domino gloriam nomini eius, adorate dominũ c in atrio sancto eius.

3 Vox domini super aquas, Deus maiestatis intonuit, uox domini super aquas multas.

4 Vox domini in uirtute, uox domini in d magnificentia.

5 Vox domini confringentis cedros, & confringet dominus cedros Libani.

6 e Et comminuet eos tanquam uitulũ Libani, & dilectus tanquam filius unicornium.

Præ terrore pauoreq́;
Ipsius, Libanus vituli in
Morem subsilit ac fremit.
Nec uerò Libanus modo, at
Vnà mons Syrion quoque
Ad uocem & tonitru ipsius
Præ formidine maxima
Tanquam rhinoceros salit.
7 Porrò admixta tonitruo
Vox eius secat igneas
Flammas, spiculáq; euibrat.
Tanta autem uiolentia
Deserta auia concutit:
Immites etiam ut feræ
Partus ante diem sui
Foetus parturiant suos:
Desertique feræ Cades.
8 Et quum terribili sono
Illo & fulmineo boat,
Ad uocem horrisonam ipsius
Prostratæ nimio metu
Ceruæ parturiunt: neque est
Tam densum arboribus nemus,
Quod non robore protinus
Disiecto faciem suam
Reddat perspicuam, omniumq;
In syluis latitantium.
Quare ob tam egregiam ipsius
Virtutem atque potentiam,
Illum omnis uenerabitur
Gens ac natio, & illius
In templo assiduè pia
Laudum cantica concinet.

7 Vox domini intercidentis flammam ignis, f uox domini concutiētis desertum & cōmouebit dominus desertū Cades.

8 g Vox domini præparantis ceruos & reuelabit condensa, & in templo eius omnes dicent gloriā.

f Hier. Vox domini parturire faciens desertum, parturire faciet dominus desertum Cades.

g Hier. Vox domini obstetricans ceruis, & reuelās saltus. Fel. Vox domini cōtremiscere facit ceruos, & detexit syluas. Chald. Vox domini parturire faciēs ceruos, & soluens animalia syluæ.

h Hier. Dominus diluuium inhabitat Chald. Deus in tẽpore diluuij super sedẽ iudicij sedit.

9 b Dominus diluuium inhabitare facit ' & sedebit dominus rex in æternũ.

9 Vtq; olim intolerabili
Peccato populi sui
Commotus Deus, omniáq;
Vndarum alluuie semel
Submergens animantia,
Regem magnanimum & Deum
Sese præstitit: haud secus
Olim in perpetuum suis
Se regem omnibus & patrem
Præstabit, si quidem student
Ex uirtute bonam ac piam
Vitam uiuere: sin malam,
Atque ex flagitio impiam
Malunt degere, uindicem.
10 Non est propterea tamen
Quòd formidine territus
Despondere animum tuum,
Aut diffidere debeas:
Nam uires populo suo
Longa in pace dabit Deus,
Cunctis ut ualeat bonis
Longo tempore perfrui.

10 Dominus uirtutem populo suo dabit, dominus benedicet populo suo in pace.

ARGVM. PSAL. 30.

Quum titulus psalmi sit, Oda cantici dedicationis domus Dauid, ipse autem contextus nullam domus mentionem faciat, sed ægritudinis tantum ex qua Dauid conualuerat: uero simile est eum in dedicatione domus suæ Deo gratias egisse, tũ ex innumeris bonis, tum maxime ex eo quòd de tã deplorata ægritudine conualuisset. Porrò autẽ ad psallẽdũ Deo fideles inuitat, quem in se sperantes non deserere, uel exemplo suo docet: cuius aduersa omnia Deus conuertit in prospera. Accommodari potest psalmus homini, ab infirmitate conualescenti.

Oda cantici dedicationis domus Dauid.

Psal. 10. Ode dicolos tetrastrophos, cōstans 3. primis uersibus asclepiadeis, & 4 glyconico.

1 Exaltabo te domine quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me.

1 Mmensis ego te laudibus efferam,
i In cælumq; uehar mi Deus, usque dum
Viuam: propterea quòd quū ego ad inferos,
Et feralia ad ostia
Aedis lethiferæ proxime adiissem, ibi
Deploratum, & ab omni positum procul
Spe uitæ ac medicinæ, è tenebris statim
Traxisti inferioribus,
Nec siuisti inimicos penitus meos
Exultare mei lætitia mali.

2 Domine Deus meus clamaui ad te, & sanasti me.

2 Nam morbo uehementi ac ualido nimis
Adflictatus, opem tuam
Expecto, tibiq; uni domine & Deus
Supplex atque gemens uota mea offero:
Tum mox prisca ualetudo mihi mea
Toto corpore redditur.

3 Domine eduxisti ab inferno animam meam. a saluasti me à descendentibus in lacum.

3 Quin uitam ipse meam ex faucibus inferorum
Ac mortis puteo illo insatiabili
Traxisti, fugientemq; animam meam,
Ne præceps caderem in lacum,

a Heb. Viuificasti.

4 Psallite domino sancti eius, & confitemini memoriæ sanctitatis eius.

Ex orco reuocasti ad superos: 4 age
Vos qui relligiosam atque piam Deo
Vitam uiuitis, hymnos canite, atque et
Laudum cantica pangite.
Nomenq; ipsius augustum & honoribus
Dignum, aptis fidibus concinite ac modis:
Proque iis innumeris, quæ sua sanctitas
In uos contulit officiis,
Condignas memores reddite gratias.

5 Quoniā b ira in indignatione eius & uita in uoluntate eius.

5 Quod si fortè animo in uos fuit hostico, &
Duro: præq; hominis se faciem tulit

b Heb. Momentanea, uel instantanea & horaria est ira eius.

Irati, breuis ac leuis,
Momentaneáq; ira extitit: & sua
Illa ingens bonitas atque benignitas
(Vnam per quam agimur, uiuimus & sumus)
Longa in tempora permanet:
Imò uitæ etiam tempore perpeti.
Siquid proinde pio durius accidit
Lamentabiléue, id protinus in bonum
Eius uertitur, [c] & statim
[c] Hier. Lau. *Omnem mœstitiam lætitia excipit*
Matutina, neque ulla afficitur pius
Mentis tristitia, quæ diuturna sit:
Nam si uespere prodiit,
Mox illam exoriens lucifer exigit.
7 Cuncta ergo mihi quum prospera cederent,
[d] Vel. elabar. *Tantisque ad libitum perfruerer bonis,*
Sic demens cum animo meo
Commentabar, & hoc insipiens modo
Aiebam: fieri ne id queat, ut meo
E regno eiiciar, deiiciatq; me
Vis ulla aut uiolentia
Ex tanto imperio! 8 dúmque ita dicerem
[e] Hier. Posuisti mōti meo uirtutem. *Fortunas dominus sanè adeò meas*
Confirmarat, ut instar solidi forent
Montis, non merito meo
Vllo, sed bonitate egregia sua:
9 Quas nostro merito unius ubi imputo,
Paulisper faciem auertit, & omnia
Læua infaustáq; protinus
Succedunt: ibi enim tam ualidus dolor,
Ac morbus uehemens me arripit, ut statim
Consternato animo conciderem, omnibus
Defectus propè uiribus.

c Ad uesperum demorabitur fletus, & ad matutinum c lætitia.

7 Ego autem dixi in abundantia mea, nō d mouebor [d] in æternum.

8 Domine in uoluntate tua [e] præstitisti decori meo uirtutem.

9 Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus.

10 Ad te domine clamabo, & ad Deũ meum dep.ecabor.

10 Dúmque hoc angerer atque opprimerer modo,
Vnum ad te reliquum perfugium fuit,
Tales cum lachrymis effluere in preces:

11 Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in f corruptionem?

11 Quid quæso mihi proderit
Vixisse hactenus, & sanguinis istius
Vsum morte mea perdere præcoci?
Quæ fuso utilitas sanguine pergere ad
Festinum interitum nimis,
Si primum appetiit tempus & hora, quum
Diuulganda Dei est gloria, & ipsius
Narranda in populo iustitia ac fides?

f Fœl. Fouea. Chald. Sepulchrum.

12 Nunquid confitebitur tibi puluis, aut annunciabit g ueritatem tuam?

12 Nunquid te Deus optime
Mens exuta suo corpore, uel tuam
Illam incredibilem iustitiam & fidem
Collaudare potest? númnam etiam cinis,
Quàm constans stabilísue sis,
Promissiq; tenax, dicere? 13 Quare age

g Hier. Laudem.

13 h Audiuit dominus & misertus est mei, dominus factus est adiutor meus.

Vocem attende meam, mi Deus, & mei,
Extremis animam qui iam agito labris,
Obsecro miserescε, nec
Vexari sine me pestifero diu
Hoc morbo. lachrymas talibus ad Deum
Iungebam precibus, quum dominus piis
Commotus lachrymis meis,
Et seruum miserans (ut pius est) suum,

h Heb. Legũt in imperatiuo Audi domine &c.

14 Conuertisti planctum meum in gaudium mihi, conscidisti saccum meum & circundedisti me lætitia.

Audiuitq; preces, 14 & subito meum
Fletum in gaudia conuertit, & omnia
Vertens in melius mea, ac
Pro mœrore mihi lætitiam afferens,
Pro sacco tribuit uestéque sordida,
Vestes assiduæ lætitiæ indices.

15 Vt cãtet tibi gloria mea & nõ compungar, domine Deus meus in æternũ confitebor tibi.

15 Quapropter studium tibi
Consecro omne meum atq; ingenium dico, ut

Suspensa ex humero te cithara, ac tuas
Laudes perpetuo tempore prædicem,
Et nomen celebrem tuum.
Quin & lingua meæ maxima gloriæ
Pars & portio, soli referet tibi
Acceptum penitus quidquid habet boni.
Nec me obliuio munerum
Tantorum capiet, sic tua mi Deus
Erga me immeritum tot merita ac bona, ut
Paulisper sileam: quin mage perpetes
Cantabo tibi gratias.

ARGVM. PSAL. 31.

Quũ in deserto Mahom ita cingeretur ab exercitu Saulis, ut elabendi iam spes non esset, obtestatus est Deum pro sua in eum fiducia, ut ab aduersariorum insidiis & potentia illum erueret. Tunc enim temporis psalmum hunc cecinisse uidetur. Tandem uerò confirmato de sua liberatione animo, Deo gratulatus, pios omnes illum diligere, & bona spe animatos esse admonet. Aptus est psalmus obsessis ab hoste.

Psalmus 31. Ode monocolos.

1 Aeternus spem colloco & — 1 In te domine speraui non confundar in aeternum, in iustitia tua libera me.
b Collocaui in te ô Deus.
Ergo ne pudefac tuum
Seruum inæternum, neque
Spe sua sine decipi:
Sed tua pro iustitia
Eripe omnibus è malis.
2 Et tuam ad nostras preces — 2 Inclina ad me aurem tuam accelera ut eruas me.
Aequus aurem accommoda:
Vtq; me omnibus eruas

3 Esto mihi in a Deũ protectorem' & in b domum refugij 'ut saluum me facias.

E malis propera,' ac mihi
Esto petra imperuia,
Arxq; munitissima,
Quò me ab hostibus impiis,
Vt locum in tutum auferam:

4 Quoniã c fortitudo mea & refugiũ meũ es tu ' & propter nomen tuũ deduces me & enutries me.

4 Mons enim munitus, &
Arx mihi fortissima,
Rebus in cunctis soles
Esse. Quapropter tui ob
Gloriam modò nominis
Vnicus mihi dux eris,
(Quo locorum incedere
Cumque oporteat) & simul
Quidquid ad uictum attinet
Conferes: etenim meus
Vnus es nutritius.

5 Educes me de d laqueo hoc' quẽ absconderunt mihi, quoniã tu es e protector' meus.

5 Eripe ergo me Deus,
Deq; eo laqueo extrahe,
Quem subornarunt nihil
Tale opinanti mihi.
Nempe protector meus
Vnus & defensor es.

6 In manus tuas domine commendo spiritum meum, redemisti me domine Deus ueritatis.

6 Ergo nunc manibus tuis,
Et tuæ curæ unius
O Deus uitam meam,
Quámque corporeis mihi
Illigatam uinculis
Credidisti, animam offero.
Non enim primum modo
Me, sed olim sæpius
Liberasti pluribus
E malis, & nunc quoque
Liberabis: quippe qui es

a Heb. Lapidem fortem.
b Hier. Domũ munitam.
Fel. Domum propugnaculi.
c Hier. Petra mea & munitio mea. Fel. Rupes mea & turris mea.

d Heb. Rete.

e Heb. Fortitudo.

Iustus & uerax Deus:
7 Qui sequentes uana, nec
Vsui cuiquam sibi
Profutura, odio tuo
Perpeti insequeris: quod &
Semper odi hominum genus:
Nec mihi ullo tempore
Vanus aut nugo leuis
Gratus extitit: at tibi
Ipse soli fidere
Semper institui, neque
Postulare aliunde opem.
Quare in hoc ego tempore,
Et futuris postea
Seculis lætabor, &
Gestiam: [8] bonitas quia
Me tua afflictum intuens
Non modo respexit, at
Iuuit: & quum me grauis
Nec ferenda angustia
Vndecunque affligeret,
Pro tua bonitate me
O Deus, miseratus es:
[9] Nec tyrannide passus es
Hostica hactenus opprimi,
Nec fines quoque postmodum.
Quin pedes potius meos
In loco figes spati-
oso & amplo, quò mihi
Liber introitus fiet
Nil timenti, atque exitus.

Sequens huius psalmi carmen constat iambico dimetro catalectico,

[f] Hier. Frustra.

[g] Hier. Quia uidisti afflictionem meam cognouisti tribulationes animæ meæ.

7 Odisti obseruantes uanitates [f] superuacue? ego autem in domino speraui, exultabo & lætabor in misericordia tua.

8 [g] Quoniã respexisti humilitatem meã, saluasti de necessitatibus animã meam.

9 Nec conclusisti me in manibus inimici, statuisti in loco spatioso pedes meos.

10 Miserere mei, domine quia tribulor, h conturbatus est in ira oculus meus, anima mea & uenter meus.

h Hier. & Felix, caliguit.

10 Tandem ergo me Deus mi
Miserare: nam propè instant
Angustiæ, atque ad illum
Iræ tuæ furorem
Oculus meus putrescit:
Nec oculus ipse solus,
Sed uenter ac mea exta
Mœrore colliquescunt:

11 Quoniam defecit in dolore uita mea, & anni mei in gemitibus.

11 Méque ipsa penè uita
Deficit in dolore.
Quin & dies meos in
Angustia atque luctu
Consumo, transigóque.

12 Infirmata est in i paupertate uirtus mea, & ossa mea x conturbata sunt.

i Heb. in iniquitate uel peccatis.
x Heb. Contabuerunt.

12 Robúrque me meum omne
Destituit intima usque
Adflictum ad ossa: quæ iam
Contabuere, tanquam
Exucca uel medullis
Inania, atque prorsum

13 Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium uicinis meis ualde, & timor notis meis.

Vacuata: 13 & interim ipse
Præ copia & furore,
Atque hostium meorum
Terrore, mente tota
Stupefactus, & probro illis
Fui, & meis propinquis:
Quin etiam & iis quibuscum
Necessitudo quondam intercesserat mihi arcta.
Horrori eram: oderántque
Qui me unicè olim amabant.

14 Qui uidebant me foras fugerunt à me, obliuioni datus sum tanquam mortuum à corde.

14 Nam quando in hunc modum me
Afflictum ab omnibúsque
Videre destitutum,

Abiere, me relicto
Solo, foras, fugámque
Cepere: ne meorum
Misererescerent malorum.
Et ecce paululum post
Sic excidit mei omnis
Memoria, ut illius qui
Nunquam suæ relicto
Benignitatis ullo
Monimento, ab hac migrauit
Vita, & nihil suorum
Secum tulit, nec ullam
Memoriam opinionémue
Existimationis:
Obliuione uerò
Tectus mage & sepultus,
Longos dies quiescit.
Haud aliter ipse sanè
Obliteratus omnium ex
Memoria & opinione,
15 *Factúsque sum in modum ollæ*
Testaceæ, atque nulli
Pôst usui futuræ.
Audiui enim ipse multas
Et contumelias, &
Graues minas eorum
Qui me undique ambiebant,
Qua ex re timore magno
Angebar: 16 *interim autem*
Consilia conferebant
In unum, ut insciente &
Nil tale cogitanti,
Animam mihi atque uitam au-

I Hier. Audiui enim opprobrium multorum, congregatione in circuitu. Fel. Quoniã audiui infamiam multorum, timor circũquaque. M. Quoniã audiui contumeliã multorum, & pauorẽ undequaque.

15 *Factus sum tanquam uas perditum quoniam audiui uituperationem multorum commorãtium in circuitu.*

16 *In eo dum conuenirent simul aduersum me, accipere animam meam consiliati sunt.*

Illo fidens prorsus in uno,
Toties adfuit, & me adiuuit:
10 Toties magna præ lætitia,
Cor mihi uisum est gestire meum,
Ac mea toties caro refloruit.
Quamobrem modulis, & carminibus
Iugiter illum celebrabo meis:
11 Protector enim populi Deus est,
Robur'q; sui: Christum'q; suum
Seruare potest unus, & illum
Aduersum omnes planè inimicos
Et protegere & facere saluum.
12 Ergo populum tutare tuum,
Donisque tuis ô Deus auge:
Quos participes atque hæredes,
Quondam esse tuos bonitate tua
Voluisti, illósque in perpetuum
Magis ac magis extolle & pasce.

10 Et refloruit caro mea, & ex uoluntate mea cōfitebor ei.

11 Dominus fortitudo c plebis suæ & protector salutationum Christi sui est.

12 Saluum fac populum tuum domine & benedic hæreditati tuæ, & rege eos & extolle illos usque in æternum.

c Hier. Mea. Fel. & Chal. Ipsius.

ARGVM. PSAL. 29.

Inuitantur hoc psalmo fideles ad celebrādam Dei uirtutem ac gloriam, quam in ciendis tonitruis, agitādis aquis, concutiendis syluis, & confringenda hominum superbia & proteruia (quos metaphoricè per Libani cedros intelligit) manifestam facit. Vnice ualet psalmus ad deiiciendos deóque subiiciendos superbos.

Psalmus Dauid.

Psalmus 29. Ode monocolos, constans metro glyconico.

2 Eferte eia principes,
a Atque uni domino & Deo
Pingues cædite uictimas:

1 a Afferte domino filij Dei, afferte domino filios arietum.

a Hier. afferte domino filios arietum. Fel. Afferte domino filij principum.

2 *Quæq; illum decet unicum,*
Illi adscribite gloriam.
(Quippe unus super æthera
Virtute omnia continet
Illa incredibili sua)
Noménque ipsius inclytum, &
Augustum ueneramini
In sancto ipsius atrio: &
Eius magnificentiæ
Palmas tendite supplices:
3 *Qui uocem in nebulis suam*
Audiri facit, atque aquis
Pro solo arbitrio imperat.
Vtq; auertat ab impiis
Peruersos homines uiis,
Mirandamq; potentiam,
Illos perdere qua queat,
Testetur: quoties placet,
Vocem cum tonitru ciet:
Immensa simul & pluit
Vndarum uiolentia.
4 *Nec uox ulla potentior,*
Aut usquam speciosior
Illa magnifica Dei est
Voce, ac magnificentior:
5 *Quæ celsas Libani cedros*
In cælum caput editas
Flatu concutiet suo:
Et quotquot Libani cedros
Præ fastu atque superbia
Elati referunt sua.
6 *Iratus quoties enim*
Horrendum fremit ac tonat,

[b] Hier. imperium. Pal. & Chald. Fortitudinem.
[c] Hiero. & Chald. in decore sancto. Pal. in magnificentia sanctitatis.
[d] Hier. & Chald. in decore.
[e] Hier. Et disperget eos quasi uitulos: Libanus & Syrion quasi filius rhinocerotis. Pal. Et exilire fecit eos uelut uitulũ, Libanum & Syrion uelut filiũ unicornũ.

2 Afferte domino gloriam [b] & honorem [c] afferte domino gloriam nomini eius, adorate dominũ [c] in atrio sancto eius.

3 Vox domini super aquas, Deus maiestatis intonuit, uox domini super aquas multas.

4 Vox domini in uirtute uox domini in [d] magnificentia.

5 Vox domini confringentis cedros, & confringet dominus cedros Libani.

6 [e] Et comminuet eos tanquam uitulũ Libani, & dilectus tanquam filius unicornium.

Præ terrore pauoreq;
Ipsius, Libanus uituli in
Morem subsilit ac fremit.
Nec uerò Libanus modo, at
Vnà mons Syrion quoque
Ad uocem & tonitru ipsius
Præ formidine maxima
Tanquam rhinoceros salit.
7 *Porrò admixta tonitruo*
Vox eius secat igneas
Flammas, spiculáq; euibrat.
Tanta autem uiolentia
Deserta auia concutit:
Immites etiam ut feræ
Partus ante diem sui
Foetus parturiant suos:
Desertique feræ Cades.
8 *Et quum terribili sono*
Illo & fulmineo boat,
Ad uocem horrisonam ipsius
Prostratæ nimio metu
Ceruæ parturiunt: neque est
Tam densum arboribus nemus,
Quod non robore protinus
Disiecto faciem suam
Reddat perspicuam, omniumq;
In syluis latitantium.
Quare ob tam egregiam ipsius
Virtutem atque potentiam,
Illum omnis uenerabitur
Gens ac natio, & illius
In templo assiduè pia
Laudum cantica concinet.

7 Vox domini intercidentis flammam ignis, f uox domini concutiētis desertum & cōmouebit dominus desertū Cades.

8 g Vox domini præparantis ceruos & reuelabit condensa, & in templo eius omnes dicent gloriā.

f Hier. Vox domini parturire faciens desertum, parturire faciet dominus desertum Cades.

g Hier. Vox domini obstetricans ceruis, & reuelās saltus. Fel. Vox domini cōtremiscere fecit ceruos, & detexit syluas. Chald. Vox domini parturire faciēs ceruos, & soluens animalia syluæ.

h Hier. Domi nus diluuium inhabitat. Chald. Deus in tēpore dilu uij super sedē iudicij sedit.

9 h Dominus diluuium inhabitare facit ' & sedebit dominus rex inæternū.

, Vtq; olim intolerabili
Peccato populi sui
Commotus Deus, omniáq;
Vndarum alluuie semel
Submergens animantia,
Regem magnanimum & Deum
Sese præstitit: haud secus
Olim in perpetuum suis
Se regem omnibus & patrem
Præstabit, si quidem student
Ex uirtute bonam ac piam
Vitam uiuere: sin malam,
Atque ex flagitio impiam
Malunt degere, uindicem.
10 Non est propterea tamen
Quòd formidine territus
Despondere animum tuum,
Aut diffidere debeas:
Nam uires populo suo
Longa in pace dabit Deus,
Cunctis ut ualeat bonis
Longo tempore perfrui.

10 Dominus uirtutem populo suo dabit, dominus benedicet populo suo in pace.

ARGVM. PSAL. 30.

Qum titulus psalmi sit, Oda cantici dedicationis domus David, ipse autem contextus nullam domus mentionem faciat, sed ægritudinis tantum ex qua David conualuerat: uero simile est eum in dedicatione domus suæ Deo gratias egisse, tū ex innumeris bonis, tum maxime ex eo quòd de tā deplorata ægritudine conualuisset. Porrò autē ad psallēdū Deo fideles inuitat, quem in se sperantes non deserere, uel exemplo suo docet: cuius aduersa omnia Deus conuertit in prospera. Accommodari potest psalmus homini, ab infirmitate conualescenti.

Oda cantici dedicationis domus David,

Psal. 30. Ode dicolos tetrastrophos, cōstans 3. primis uersibus asclepiadeis, & 4 glyconico.

1 Exaltabo te domine quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me.

2 Domine Deus meus clamaui ad te, & sanasti me.

3 Domine eduxisti ab inferno animam meam, a saluasti me à descendentibus in lacum.

4 Psallite domino sancti eius, & confitemini memoriæ sanctitatis eius.

5 Quoniā b ira in indignatione eius, & uita in uoluntate eius.

a Heb. Viuificasti.

b Heb. Momētanea, uel instantanea & horaria est ira eius.

1 Magnensis ego te laudibus efferam,
In cælumq́; ueham mi Deus, usque dum
Viuam: propterea quòd quū ego ad inferos,
Et feralia ad ostia
Aedis lethiferæ proxime adiissem, ibi
Deploratum, & ab omni positum procul
Spe uitæ ac medicinæ, è tenebris statim
Traxisti inferioribus,
Nec siuisti inimicos penitus meos
Exultare mei lætitia mali.
2 Nam morbo uehementi ac ualido nimis
Adflictatus, opem tuam
Expecto, tibiq́; uni domine & Deus
Supplex atque gemens uota mea offero:
Tum mox prisca ualetudo mihi mea
Toto corpore redditur.
3 Quin uitam ipse meam ex faucibus inferorum
Ac mortis puteo illo insatiabili
Traxisti, fugientemq́; animam meam,
Ne præceps caderem in lacum,
Ex orco reuocasti ad superos: 4 age
Vos qui relligiosam atque piam Deo
Vitam uiuitis, hymnos canite, atque ei
Laudum cantica pangite.
Nomenq́; ipsius augustum & honoribus
Dignum, aptis fidibus concinite ac modis:
Próque iis innumeris, quæ sua sanctitas
In uos contulit officiis,
Condignas memores reddite gratias.
5 Quod si fortè animo in uos fuit hostico, &
Duro: præq́; hominis se faciem tulit

Irati,breuis ac leuis,
Momentaneáq; ira extitit: & sua
Illa ingens bonitas atque benignitas
(Vnam per quam agimur,uiuimus & sumus)
Longa in tempora permanet:
Imò uitæ etiam tempore perpeti.
Siquid proinde pio durius accidit
Lamentabileue,id protinus in bonum
Eius uertitur,[6] & statim
[c] Hier. Lau. Omnem mœstitiam lætitia excipit
Matutina,neque ulla afficitur pius
Mentis tristitia,quæ diuturna sit:
Nam si uespere prodiit,
Mox illam exoriens lucifer exigit.
7 Cuncta ergo mihi quum prospera cederent,
[d] Ial. elabar. Tantisque ad libitum perfruerer bonis,
Sic demens cum animo meo
Commentabar,& hoc insipiens modo
Aiebam:fieri ne id queat,ut meo
E regno eiiciar,deiiciatq; me
Vis ulla aut uiolentia
Èx tanto imperio![8] dúmque ita dicerem
[e] Hier. Posuisti mōti meo uirtutem. Fortunas dominus sanè adeò meas
Confirmarat,ut instar solidi forent
Montis,non merito meo
Vllo,sed bonitate egregia sua:
9 Quas nostro merito unius ubi imputo,
Paulisper faciem auertit,& omnia
Læua infaustáq; protinus
Succedunt:ibi enim tam ualidus dolor,
Ac morbus uehemens me arripit,ut statim
Consternato animo conciderem,omnibus
Defectus propè uiribus.

6 Ad uesperum demorabitur fletus,& ad matutinum [c] lætitia.

7 Ego autem dixi in abundantia mea,nō [d] mouebor [,] in æternum.

8 Domine in uoluntate tua [e] præstitisti decori meo uirtutem.

9 Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus.

10 Ad te domine clamabo, & ad Deũ meum deprecabor.

10 Dumque hoc angerer atque opprimerer modo,
Vnum ad te reliquum perfugium fuit,
Tales cum lachrymis effluere in preces:

11 Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in f corruptionem?

11 Quid quæso mihi proderit
Vixisse hactenus, & sanguinis istius
Vsum morte mea perdere præcoci?
Quæ fuso utilitas sanguine pergere ad
Festinum interitum nimis,
Si primum appetiit tempus & hora, quum
Diuulganda Dei est gloria, & ipsius
Narranda in populo iustitia ac fides?

f Fal. Foueã. Chald. Sepulchrum.

12 Nunquid confitebitur tibi puluis, aut annunciabit g ueritatem tuam?

12 Nunquid te Deus optime
Mens exuta suo corpore, uel tuam
Illam incredibilem iustitiam & fidem
Collaudare potest? núnnam etiam cinis,
Quàm constans stabilísue sis,
Promissíq; tenax, dicere? 13 Quare age
Vocem attende meam, mi Deus, & mei,
Extremis animam qui iam agito labris,
Obsecro miserescæ, nec
Vexari sine me pestifero diu
Hoc morbo. lachrymas talibus ad Deum
Iungebam precibus, quum dominus piis
Commotus lachrymis meis,
Et seruum miserans (ut pius est) suum,
Audiuitq; preces, 14 & subito meum
Fletum in gaudia conuertit, & omnia
Vertens in melius mea, ac
Pro mœrore mihi lætitiam afferens,
Pro sacco tribuit uestéque sordida,
Vestes assiduæ lætitiæ indices.
15 Quapropter studium tibi
Consecro omne meum atq; ingenium dico, ut

g Hier. Laudem.

13 h Audiuit dominus & misertus est mei, dominus factus est adiutor meus.

h Heb. Legũt in imperatiuo Audi domine &c.

14 Conuertisti plãctum meum in gaudium mihi, concidisti saccum meum & circundedisti me lætitia.

15 Vt cãtet tibi gloria mea & nõ compungar, domine Deus meus in æternũ confitebor tibi.

Suspensa ex humero te cithara, ac tuas
Laudes perpetuo tempore prædicem,
Et nomen celebrem tuum.
Quin & lingua meæ maxima gloriæ
Pars & portio, soli referet tibi
Acceptum penitus quidquid habet boni.
Nec me obliuio munerum
Tantorum capiet, sic tua mi Deus
Erga me immeritum tot merita ac bona, ut
Paulisper sileam: quin mage perpetes
Cantabo tibi gratias.

ARGVM. PSAL. 31.

Quũ in deserto Mahom ita cingeretur ab exercitu Saulis, ut elabendi iam spes non esset, obtestatus est Deum pro sua in eum fiducia, ut ab aduersariorum insidiis & potentia illum erueret. Tunc enim temporis psalmum hunc cecinisse uidetur. Tandem uerò confirmato de sua liberatione animo, Deo gratulatus, pios omnes illum diligere, & bona spe animatos esse admonet. Aptus est psalmus obsessis ab hoste.

Psalmus 31. Ode monocolos.

1 *A te tenus spem colloco &* — 1 *In te domine speraui non confundar in æternum, in iustitia tua libera me.*
b *Collocaui in te ô Deus.*
Ergo ne pudefac tuum
Seruum inæternum, neque
Spe sua sine decipi:
Sed tua pro iustitia
Eripe omnibus è malis.
2 *Et tuam ad nostras preces* — 2 *Inclina ad me aurem tuam accele. a ut eruas me.*
Aequus aurem accommoda:
Vtq; me omnibus eruas

3 Esto mihi in [a] Deū protectorem' & in [b] domum refugij 'ut saluum me facias.

E malis propera,' ac mihi
Esto petra imperuia,
Arxq; munitissima,
Quò me ab hostibus impiis,
Vt locum in tutum auferam:

[a] Heb. Lapidem fortem. [b] Hier. Domū munitam. Bel. Domum propugnaculi.

4 Quoniā [c] fortitudo mea & refugiū meū es tu ' & propter nomen tuū deduces me & enutries me.

4 Mons enim munitus, &
Arx mihi fortissima,
Rebus in cunctis soles
Esse. Quapropter tui ob
Gloriam modò nominis
Vnicus mihi dux eris,
(Quo locorum incedere
Cumque oporteat) & simul
Quidquid ad uictum attinet
Conferes: etenim meus
Vnus es nutritius.

[c] Hier. Petra mea & munitio mea. Bel. Rupes mea & turris mea.

5 Educes me de [d] laqueo hoc' quē absconderunt mihi, quoniā tu es [e] protector' meus.

5 Eripe ergo me Deus,
Deq; eo laqueo extrahe,
Quem subornarunt nihil
Tale opinanti mihi.
Nempe protector meus
Vnus & defensor es.

[d] Heb. Rete.

[e] Heb. Fortitudo.

6 In manus tuas domine commendo spiritum meum, redemisti me domine Deus ueritatis.

6 Ergo nunc manibus tuis,
Et tuæ curæ unius
O Deus uitam meam,
Quámque corporeis mihi
Illigatam uinculis
Credidisti, animam offero.
Non enim primum modo
Me, sed olim sæpius
Liberasti pluribus
E malis, & nunc quoque
Liberabis: quippe qui es

Iustus & uerax Deus:
f Hier. Frustra.
7 Qui sequentes uana, nec
Vsui cuiquam sibi
Profutura, odio tuo
Perpeti insequeris: quod &
Semper odi hominum genus:
Nec mihi ullo tempore
Vanus aut nugo leuis
Gratus extitit: at tibi
Ipse soli fidere
Semper institui, neque
Postulare aliunde opem.
Quare in hoc ego tempore,
Et futuris postea
Seculis lætabor, &
Gestiam: 8 bonitas quia
Me tua afflictum intuens
Non modo respexit, at
Iuuit: & quum me grauis
Nec ferenda angustia
Vndecunque affligeret,
Pro tua bonitate me
O Deus, miseratus es:
9 Nec tyrannide passus es
Hostica hactenus opprimi,
Nec sines quoque postmodum.
Quin pedes potius meos
In loco figes spati-
oso & amplo, quò mihi
Liber introitus fiet
Nil timenti, atque exitus.

Sequens huius psalmi carmen constat iambico dimetro catalectico,

7 Odisti obseruantes uanitates f superuacue? ego autem in domino speraui, exultabo & lætabor in misericordia tua.

8 g Quoniã respexisti humilitatem meã, saluasti de necessitatibus animã meam.

g Hier. Quia uidisti afflictionem meam cognouisti tribulationes animæ meæ.

9 Nec conclusisti me in manibus inimici, statuisti in loco spatioso pedes meos.

10 Miserere mei, domine quia tribulor, h conturbatus est in ira oculus meus, anima mea & uenter meus.

10 Tandem ergo me Deus mi
Miserare: nam propè instant
Angustiæ, atque ad illum
Iræ tuæ furorem
Oculus meus putrescit:
Nec oculus ipse solus,
Sed uenter ac mea exta
Mœrore colliquescunt:

h Hier. & Felix, caligauit.

11 Quoniam defecit in dolore uita mea, & anni mei in gemitibus.

11 Méque ipsa penè uita
Defecit in dolore.
Quin & dies meos in
Angustia atque luctu
Consumo, transigóque.

12 Infirmata est in i paupertate uirtus mea, & ossa mea x conturbata sunt.

12 Robúrque me meum omne
Destituit intima usque
Adflictum ad ossa: quæ iam
Contabuere, tanquam
Exucca uel medullis
Inania, atque prorsum
Vacuata: 13 & interim ipse
Præ copia & furore,
Atque hostium meorum
Terrore, mente tota
Stupefactus, & probro illis
Fui, & meis propinquis:
Quin etiam & iis quibuscum
Necessitudo quondam intercesserat mihi arcta.
Horrori eram: oderántque
Qui me unicè olim amabant.

i Heb. in iniquitate uel peccatis.
x Heb. Contabuerunt.

13 Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium uicinis meis ualde, & timor notis meis.

14 Qui uidebant me foras fugerunt à me, obliuioni datus sum tanquam mortuus à corde.

14 Nam quando in hunc modum me
Afflictum ab omnibúsque
Videre destitutum,

Abiere, me relicto
Solo, foras, fugámque
Cepere: ne meorum
Misereſcerent malorum.
Et ecce paululum poſt
Sic excidit mei omnis
Memoria, ut illius qui
Nunquam ſuæ relicto
Benignitatis ullo
Monimento, ab hac migrauit
Vita, & nihil ſuorum
Secum tulit, nec ullam
Memoriam opinionémue
Exiſtimationis:
Obliuione uerò
Tectus mage & ſepultus,
Longos dies quieſcit.
Haud aliter ipſe ſanè
Obliteratus omnium ex
Memoria & opinione,
15 *Factúſque ſum in modum ollæ*
Teſtaceæ, atque nulli
Pôſt uſui futuræ.
Audiui enim ipſe multas
Et contumelias, &
Graues minas eorum
Qui me undique ambiebant,
Qua ex re timore magno
Angebar: 16 *interim autem*
Conſilia conferebant
In unum, ut inſcienti &
Nil tale cogitanti,
Animam mihi atque uitam au-

I Hier. Audiui enim opprobrium multorum, congregatione in circuitu. Fel. Quoniã audiui infamiam multorum, timor circũquaque. M. Quoniã audiui contumeliã multorum, & pauorẽ undequaque.

15 Factus ſum tanquam uas perditum quoniam audiui uituperationem multorum commorãtium in circuitu.

16 In eo dum conuenirent ſimul aduerſum me, accipere animam meam conſiliati ſunt.

17 Ego autem in te speraui domine, dixi, Deus meus es tu. m in manibus tuis sortes meæ.

ferrent: 17 ego autem ut illi
Conentur inualescantq́;,
In te unicam meam spem
Hucusque collocaui,
Et collocabo semper,
Dicámque: quidquid hostes
Aduersus innocentem
Iustumq́; moliantur,
Tamen haud timebo quidquam.
Scio nempe quòd Deus tu es
Meus, mihique in ipsa
Præsens necessitate
Aderis: tu enim potes me
Vnus iuuare, & omnes
Hostes meos ad unum
Delere, quamlibet sint
Multi, mali, ac feroces.
Quando in manu tua ergo
Mea fata sunt, meique
Anni & dies penes te:

m Heb. In manu tua tempora mea. Chal. In manu tua dies redēptionis meæ.

18 Eripe me de manu inimicorum meorum, & à persequentibus me.

18 Tu me hostium meorum
Solue è manu, omniumq́;
Qui me ut necent sequuntur.

19 Illustra faciem tuam super seruum tuum, saluum me fac in misericordia tua.

19 Lucere fac Deus mi
Faciem tuam super me
Seruum tuum, & tua illa
Bonitate consueta

20 Domine nō confundar, quoniam inuocaui te.

Serua: 20 indecens enim esset
Verti mihi pudori,
Quòd in necessitate
Opem tuam inuocassem,
Nec supplici adfuisses.

21 Erubescāt impij & n deducantur in infernum muta fiāt labia dolosa.

21 Magis impij erubescant,

n Hier. & Felix, taceant in inferno.

Sileántque sempiternum
In inferis sepulti:
Linguámque comprimam, &
Dolosa labra inanes
Hominésque uani: 22 *& omnes*
o Hier. dura. *Mendaciter loquentes* — 22 Quæ loquuntur aduersus iustũ & iniquitatem,° in superbia & in abusione.
Contra pium atque iustum,
Illúmque persequentes
Sermone duriore,
Despectuíque habentes.

Reliquuum odæ constat carmine glyconico.

23 *Sed quanta est bonitas tua,* — 23 Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quã abscondisti timentibus te.
Quàm sperantibus & tibi
Confidentibus unicè
Aeternum Deus optime
Seruas, utq; reconditum
Thesaurum ex adytis tuæ
Summæ magnificentiæ
Promis temporibus suis.
p Hebr. & Chal. Operatus es. 24 *Quanquam illos etiam palàm* — 24 p Perfecisti eis qui sperant in te in conspectu filiorum hominum.
Ac cernentibus omnibus
Et mirantibus, afficis
Vel nunc, innumeris bonis.
25 *Ex quo fiet, & haud dubiè,* — 25 Absconder eos in q abscondito faciei tuæ à conturbatione hominum.
q Hier. in proruptione. *Vt quascunque minas eis*
Intentent homines feri
Elatique, nihil tamen
Illos duritia sua
Lædant: quippe quia ô Deus
Vultus præsidio tui
r Hier. Abscondes eos in umbra. *Communiti, ibi se occulent.*
26 *Defendes enim eos tuo in* — 26 r Proteges eos in tabernaculo tuo à contradictione linguarum.
Sacrosancto habitaculo.

(Vnde & despiciant uiros
Tuti quàmlibet impios)
A linguis hominum malis,
Quæ nil planè aliud nisi
Iustis detrahere ac piis

27 Benedictus dominus quoniã mirificauit misericordiã suam mihi in ciuitate munita.

Norunt. 27 *eia agedum Deo,*
Illum qui colitis piè,
Magnas ac memorabiles
Mecum dicite gratias:
Cuius me bonitas meis
Tutum fecit ab hostibus,
Tanquam in præsidio situm, &
Munitissimo in oppido,

28 Ego autẽ dixi in excessu mẽtis meæ' proiectus sum à facie oculorum tuorũ.

28 *Olim dum premerer nimis*
Multis anxietatibus,
Nec longe abforet ut meum
Despionderem animum, hoc modo
Mecum mentis in ecstasi
Dicebam: ergòne me Deus
Proiectum à facie tua,
Et blandis oculis tuis

ſ Hier. In stupore meo. Vel in præcipitatione mea.

29 Ideo exaudisti uocem orationis meæ dum clamarẽ ad te.

Aeternum abiicis? 29 *iis ego*
Ausu tam temerario
Compellare culex Deum
Audebam: at nihilominus
Vocem supplicis audiit
Ad se uociferantis, &

30 Diligite dominũ omnes sancti eius, t quoniã ueritatem requirit dominus' & retribuet abundanter facientibus superbiam.

Planè exaudiit. 30 *eia age*
Ergo omnes dominum & Deum
Sancti diligite & pii:
Nam nouit Deus, & sibi
Fidos seruat ab omnibus,
Quæcunque ingruerint, malis:

t Heb. Fideles seruat dominus.

Ac pro commerito suo
Audacem & temerarium
Multo supplicio & graui,
Quanquam tardius, afficit.
31 *Vos autem dominum & Deum,*
Quotquot tamdiu & anxie
Expectastis, alacriter
Expectate: diutius
Quòd si fortè uidebitur
Tardare, eia age paululum
Obfirmate animum, obsecro,
Et durate uiriliter,
Nam confestim aderit: sed &
Cor uestrum atque animos Deus
Confirmabit, & afferet
Virtutem patientibus.

31 Viriliter agite & conforetur cor uestrum, omnes qui speratis in domino.

ARGVM. PSAL. 32.

Ex 3 & 4 uersibus apparet Dauidem graui aliquando morbo ob peccata sua correptũ esse: statim uerò ut peccatum agnouit, remisso peccato conualuisse. Vnde 2 prioribus uersibus fœlices eos prædicat in quorum peccata Deus non animaduerterit, sed gratis ea remiserit. Deinde pios omnes admonet peccata sua non celare, & exemplo sui Deo protectore niti: qui peccatores supplicio, pios & se fidentes præmio afficit. Quapropter ad spiritalem eos lætitiam inuitat. Valet psalmus ad manifestandam uim confessionis.

Psalmus 32.

1 *Illos nimis ac nimis beatos,*
ô *Condonata quibus fuit suæ omnis*
Vitæ noxia turpiter peracta,

1 Beati quorũ remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.

Non ullo merito suo, sed illa
Sola incredibili bonitate
Dei ultrò miserentis. ô beatos
Quorum oblita iacent uelut sepulta

2 Beatus uir cui nõ imputauit dominus peccatum, nec est in spiritu eius dolus.

Peccata omnia. 2 Rursus ô beatum
Felicemq; uirum & Deo propinquum,
Cuius crimina nulla uindicare,
Sed magis bonitate consueta
Deus uult operire noxias: at-
qui felicior ille, cui placebit
Verax lingua, animusq; rectus, & mens
Doli nescia, candidúmque pectus,
Veri simplicitas, amórque recti:
Qui se non simulat bona esse mente,
Sed delicta sua improbósue mores
Planè agnoscit, eúmque se fatetur
Esse, qui sit: id est malis opertum, &

3 Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea. a dum clamarem b tota die.

Multis flagitiis. 3 Quum enim illa dudum
Peruersa simulatione cælo,
Ac iustus magis esse quàm uideri

a Hebr. & Chal. In rugitu meo.

Laboro, mea prorsus ossa sensi
Contabescere: quum meam dolosè
Vitam dissimulare me uolentem
Mentis non bene consciæ eiulatus
Pulsant, & gemitus quotidiani,
Nec est ulla meo quies dolori,
Hinc laruis cruciantibus mearum
Iugiter furiisque noxiarum,
Hinc morbo me agitante non ferendo,

b Hier. Versatus sum in miseria mea cũ exardesceret æstas. Fel. Immutatus est humor meus in siccitates æstatis. Sanct. Versus est uigor meus in siccitates æstatis.

4 Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua, b conuersus sum in ærumna mea dũ cõfigitur spina.

Quem meæ meruit male acta uitæ
Aetas, qui miserum usquequaque uexat,
4 Noctes atque dies enim ingrauescit
In me dira tui manus furoris:

Sic ut quum propè plenus ipse succi, &
Multi sanguinis antea fuissem,
Exuccus modo sim, mihiq; non iam
Vel sanguis superet, uel ullus humor:
Et uelut media solent aristæ
Messe arescere, dum colore uerso
Flauescunt nimium ob calorem & æstum:
Haud secus misero mihi accidit: nam
Quum mens conscia criminum suorum
Torreat mi animum, ægritudinisque
Immensæ uehemens adurat ardor:
Aresco moribundus & liquesco.
Quapropter stimulo ægritudinis, qua
Totus langueo, conscientiæq;
Peccatricis ad intimas medullas
Fixus, & penita usque ad ossa, mecum
Coepi reputare: siccine inquam
Meo ut commerito diu angar, & tot
Affectus miserè modis laborem,
Dum tego mea crimina! 5 *Ergo apud me* — 5 *Delictum meũ cognitum tibi feci, & iniustitiam meã non abscondi.*
Nil ultra simulare uel tacere
Visum est, sed penitus meam omnem aperte
Tibi prodere & indicare uitam.
6 *Statim autem ut facinus meum indicaui,* — 6 *Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.*
Atque omnes tibi noxias retexi,
Imò istud modò factitare mox quàm
Meum induxi animum, meáque sponte
Tot & crimina tanta confiteri:
Non est tam graue, támque abominandum
Vllum flagitium, quod ipse non mox
Atque ultro mihi (tam bonus piúsque es)
Condonaueris. 7 *Ergo tam benignum* — 7 *Pro hac orabit ad te omnis* [c] *sanctus in tempore opportuno.*
[c] *Hier. Misericors.* *Quum te præstiteris mihi parentem,*

Cuicunque ingruerint pares malorum
Vndæ, ſi fuerit pius, tuique
Colens numinis, illicet redibit
Ad ſe, & te precibus ſuis uocato
Ipſo in tempore ſupplicationis,
Seſe conferet illico tuæ illum
In portum eximiæ benignitatis:
8 *Qua tanquam duce tutus à ſuorum*
Hoſtium inſidiis, nihil timebit
Torrentes rapidos niualis undæ: &
Quotquot feruere gurgites aquarum
In ſe uiderit, ut ſient feroces,
Nil tamen metuet: futurum enim ſcit,
Vt pertingere non queant ad illum,
Auertente tua benignitate.

d Hier. Vt cũ inundauerint aquæ multæ, ad eum non accedant.

9 *Sic tu perfugium mihi atque aſylum es,*
Si qua anguſtia, ſi qua me meorum
Hoſtium ambierit ferocia, in te
Vno ſpes mea: tu mihi latebræ,
Tu defenſio. quare, amabo, tu me
Ab iis erue, meque ouatione
Fac gaudere pari, ſalus mea & laus,
Qua gaudere ſolent manu ſuorum
Elapſi capitalium & ferorum
Hoſtium: ut nihil amplius canentem
Toto in circuitu audiant, niſi illa
Meæ cantica liberationis.
10 *At uos ô homines adeſte, meque*
Tanquam exemplar habete: uos enim ipſe
Exemplo erudiam meo, & docebo
Quónam uos iter ingredi atque inire
Decet: uos oculis meis euntes
(Ne aberretis ad inuia illa ſaxa,

e Hier. Tu es protectio mea, ab hoſte cuſtodies me, laus mea ſaluãs circundabis me. Sãct. In abſcõſo es mihi. i. latibulum mihi es, ab anguſtia cuſtodies me, clamoribus liberationũ circũdabis me. Fæl. Tu ſecretum mihi, à tribulatione cuſtodies me, canticis liberati, circũdabis me.
f Hier. cogitabo de te oculo meo Sanct. cõſulam tibi oculo meo. Fæl. Innuam ſuper te oculo meo.

Ac prærupta) locis uiísque cunctis
Lustrabo.[11] *Interea cauete mulis* — 11 Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.
Ne sitis similes, equísue: qui quum
Expertes rationis atque mentis,
Modò huc præcipites eant, modò illuc,
Quocunque impulerit libido: ni illis
Frena inieceris, & capistra, mordent:
Nec quenquam patiuntur insidere.
[12] *Tu uerò Deus omnium ordinum æquus* — 12 In chamo & freno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te.
Et prudens moderator atque rector,
Sic incompositos & inquietos
Extemplo cohibe: utq; ne propinquare
Vsque ad te ualeant (abominaris
Enim illos) age ferreis lupatis
Ipsorum ora tene, licentiaéq;
Effreni, & nimis ac nimis uaganti
Frenos iniice, in ordinémque coge.
Horum autem similes cauete sitis,
Sed tantæ memores benignitatis,
Qua uos immeritos nihílque tale
Sperantes, pater ille tam benignus
Affecit, rationis atque mentis
Compotes, adhibete diligenter
Curam omnem, memori atque grato in illum
Vt uos esse animo audiat, sciátque.
ℨ Heb. multi dolores impij uel impio. — *Ingratos homines enim, impiósque* — 13 ℨ Multa flagella peccatoris, sperantē autem in domino misericordia circundabit.
Multi ac perpetui manent dolores:
Et qui admittere pergit, ac uetustis
Noxis iungere noxias recentes,
Plagis undique uapulabit ille
Multis: at domino suo & Deo qui
Vno nititur atque fidit, illum
Totum in circuitu benignitas, &

Dei ingens cumulabit ambietq;

14 Lætamini in domino & exultate iusti, & h gloriamini omnes recti corde.

Aeternum bonitas.[14] *age ergo gaude*
Ac lætare, alacérque uiue(quisquis
Iustus ac pius es, deique cultor)
Defensore Deo, tuæq; signum
Ede lætitiæ: quis est enim qui
Non gaudere & ouare iure possit,
Si modò est animo pio atque recto!

h Hier. Laudate cū omnes recti corde. Sanct. Laudate omnes rectos corde. Fel. Iucundamini omnes recti corde.

ARGVM. PSAL. 33.

Ad exultandum inuitantur hoc psalmo fideles, deumque laudandum: tum ab immensa in nos benignitate, tum ab ipsius potentia, qua cælum & inferiora ista omnia condiderit, tum etiam à prudentia & sapientia, qua humanam principum huius seculi sapientiam eneruat, & suis bene prospicit. Deinde nullo nisi Deo fidendum docens, curæ illi pios esse ostendit, & ideo uno eo niti ac lætari instituens misericordiam sibi & populo fieri postulat. Dei bonitatem sapientiam ac prouidentiam docet hic psalmus, uniceque ualet ad confirmandam piorum in illum fiduciam.

Quanquam Hebræis ἀνεπίγραφος *est psalmus, ueteribus tamen inscriptio est, in finem psalmus David.*

Psal. 33. Ode monocolos hendecasyllaba, sapphico metro constans.

1 Exultate iusti in domino, rectos decet collaudatio.

1 *Audibus iusti dominum efferamus,*
L *Et simul lætemur, eumq; dignis*
Canticis omnes ueneremur. æquum est
A piis nempe omnibus, & probatis

2 Confitemini domino in cithara, in psalterio decem chordarum psallite illi.

3 Cantate ei canticū nouum, bene psallite illi in uociferatione.

Vt Deus laudetur.[2] *age ergo, nablum*
Ac chelyn pulsate, lyram & sonoram,
Organumq; unà decachordum,[3] *& illi*
Psallite, ac laudum noua cantica omnes
Dicite: at cum uociferatione,

Iubiloque & mentis alacritate.
4 Nempe res iusta est, penitúsque recta,
Quam Deus mandat fieri, facitue:
Imò quodcunque efficit, optima illud
Et fide recta facit, 5 *æquitatis*
Sic amans est iudiciique, & eius
Interim plena est bonitate tellus:
Nec modò tellus, sed & infera ista
Cuncta. 6 *Nam uerbo ipsius omnis illa est*
Orbium cæli fabricata moles:
Spirituque ex ore Dei fluente
Constat illorum semel apparatus
Vniuersus: 7 *nec modò uis potestásque*
Ipsius, cæloq; soloque, uerùm
Vnà aquis latè & fluuiis mariq;
Imperat, tanquam in tumulum eius undas
Eleuans, ac sydere deinde cogens,
Vsq; thesaurum in penitas abyssos
Obruens. 8 *ergo dominum Deumq;*
Cuncta formidet paueatq; terra, &
Qui colunt illam semel uniuersi:
9 *Nam potens usque est, adeoq; magnus*
Vnico ut uerbo è nihilo creata
Omnia educat: statim ut ille nempe
Iussit, aut quidquam fieri cupiuit,
Protinus subsistere cœpit, & mox
Atque præcepit, mora nulla planè
Præteriit, quin cuncta Deo iubenti
Pareant: nam & quæ fuerant creata,
Quæq; nondum ex principiis suis ex-
cesserant, illa omnia solam ad ipsam
Vnius uocem domini uideres
In suas transire & abire formas.

a Heb. Iustitiam.
b Hier. Ornatus.
c Fœlix & Sanct. sicut cumulum.
d Chald. Posuit eas in profunditatibus abyssorum.
e Heb. Formident eum.

4 *Quia rectum est uerbum domini, & omnia opera eius in fide.*
5 *Diligit a misericordiam & iudiciũ, misericordia domini plena est terra.*
6 *Verbo domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis b uirtus eorũ.*
7 *Congregans c sicut in utre aquas maris, d ponens in thesauris abyssos.*
8 *Timeat dominum omnis terra, e ab eo autem commoueantur omnes habitãtes orbem.*
9 *Quoniam ipse dixit & facta sunt, ipse mãdauit & creata sunt.*

10 Dominus dissipat consilia gentiũ, reprobat autem cogitationes populorũ, & reprobat consilia principum.

10 Et licet uanissima moliantur,
Instruantq; aduersus eum sua omnes
Machinata, atque insidias dolosue
Congregati unà populi: futurum
Est tamen, nec uero aliquo labore,
Vt breui illorum ad nihilum reducat
Cogitata & consilia, omniumq;

11 Consilium autem domini in aeternum manet, cogitationes cordis eius in generatione & generationem.

Principum. 11 Contrà interea quod ille
Secum iniuit consilium, manebit
Et ratum & firmum, neque cogitata
Mentis ipsius generatio ulla,
Seculúmue ullum irrita reddet: imò
Stabit æternum semel ille quidquid

12 Beata gens cuius est dominus deus eius populus quem elegit in hæreditatem sibi.

Cogitarit perficere. 12 ergo fœlix
Gens futura est ac nimium beata,
Cui Deus noster dominusq; rex est,
Atque defensor, populusq; fœlix
Quem sibi elegit dominus, suumq;
Fecit hæredem: neque enim sine ullo
Ille delectu, temeréque quenquam

13 De cælo respexit dominus, uidit oẽs filios hominum.

Diligitue oditue: 13 sed è superno
Prospicit cæli solio, nec unquam
Dormit, at contrà uigilanter ad nos
Respicit, nostra omnia diligenter

14 f De præparato habitaculo suo respexit super omnes qui habitant terrã.

Ac propè inspectans: 14 hominesq; quotquot
Incolunt terræ gremium uniuersæ
Curat, atque illis uti promerentur,
Prospicit cunctis: neque quispiam illum
Aut latêre aut fallere possit: omnes
Nempe de cæli solio, suáque

f Hier. de firmissimo solio. Sanct. & Fel. de habitaculo sessionis suæ.

15 g Qui finxit sigillatim corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum.

Regia æternum sibi præparata
Inspicit, 15 notósque habet: ut qui eorum
Omnium mentes animósque quondam

g Hier. fingẽs pariter. Fœlix qui format simul.

Finxerit, quin singula singulorum
Acta cognoscit, meliusq; multo.
Quàm quis illorum sua conspicari
Possit, aut intelligere.[16] ergo ad illum

h Heb. in multitudine exercitus.

16 Nō saluatur rex h per multā uirtutem.' & gigas nō saluabitur in multitudine uirtutis suæ.

Currite, & uestras in eum repostas
Spes habete ô diues, inópsque rerum.
Non enim seruatur in apparatu
Bellico, uel curribus, aut suorum
Militum quamuis numerosiore
Copia rex ullus, ut aut equestri
Prælio multum queat, aut pedestri.
Nec gigas tam strenuus extitit, qui
Se sua uirtute suísque possit
Viribus, præsentibus à periclis
Liberare atque eximere.[17] ad salutem

i Heb. nō saluabit. sub. quēquam.

17 Fallax equus ad salutem, in abundantia aūt uirtutis suæ i non saluabitur.

Nempe præstandam, neque prorsus ullus
Quamlibet fortísue aglísue equus sit,
Quidpiam possit, nec equo cuiquam
Roboris tantum fuit unquam, erítque,
A periclis eximere ut ualeret
Quempiam: sola in dominum deumq;
Id potest fiducia:[18] qui se in uno
Spes suas omneis positas habentes,
Et suum numen trepidè uerentes,
Respicit clemente oculo pióque:

18 Ecce oculi domini super metuentes eum, & in iis qui sperant super misericordia eius.

n Hier & Felix uiuificet.

19 Atque ubi mors ingruerit, uel ulla
Pestis, illos innocuos ab omni
Eripit discrimine: si qua uerò
Vrgeat pœnuria tanta, ut omneis
Præ fame exuccos uideas perire,
Subministrabit cibum abundè & amplè,
Vnde se possint alere ac fouere.

19 Vt eruat à morte animas eorum, & n alat eos in fame.

l Heb. expectauit.
m Heb. clypeus.

20 Quare & illum nos patienter usque

20 Anima nostra l sustinet dominum. quoniam adiutor & m protector noster est.

Iamdiu expectauimus: ille nempe
Rebus in nostris fuit, estq; semper
Instar arcis præsidiique firmi:
21 Gaudiorum materiem perennem
Qui suis præbet, modò semper illo
Fidere ac niti, bonitateq; eius
Perseuerent. 22 sic igitur tua in nos
Spargat, ac sese bonitas, Deus mi
Et parens, effundat: uti omnia in te
Acta nostra, & consilia unum habemus
Collocata & fixa: nec ulla nobis
Auxilij cuiusquam aliunde spes est,
Aut fuit unquam.

21 Quia in eo lætabitur cor nostrum, & in nomine sancto eius sperauimus.

22 Fiat misericordia tua domine super nos, quemadmodū sperauimus in te.

ARGVM. PSAL. 34.

Vti primi Regum 21 scribitur quum Saulis iram declinans Dauid ad Achis regem Geth (quem Abimelech communi regum Palæstinorum uocabulo psalmi inscriptio appellat) profugus diuertisset, apud eum à Philistæis seruis cognitus ac delatus, prudenter se fatuum & insanum simulauit: cuius simulationis beneficio diuina ope liberatus, Deo gratias agit, & ad Deum collaudandum pios omnes hortatur, postmodum ad Dei fiduciā inuitatos cessare à uitiis, & uirtuti operam dare admonet: quoniam erga pios & impios uigilat Dei prouidentia, qui & bonos, utcunque interim affligantur, molestiis omnibus liberatos, præmiis: malos autem suppliciis est affecturus. Valet psalmus ad confirmandam afflictorum in unum Deum fiduciam.

Dauid quum immutauit rationem suam coram
Abimelech & eiecit eum & abiit.

Psal. 34. Ode tricolos tetrastrophos, eiusdem
mensuræ cum psal. 20.

Et omne tempus laudibus efferam,
Meísque semper carminibus Deum
Cantabo, & eius laus perennis
Semper in ore meo sonabit.
2 Inq; occinendis laudibus ipsius
Sese occupabit mens mea iugiter.
Quæ ex re interim laudes ab ipso,
Præmiáq; illa feret beatis
Promissa: nullum nam penitus bonum,
Non muneratum ulli esse sinit Deus:
Vt præmij fiducia, quod
Cælitus audierint repostum,
Lætentur, & uires recreent suas,
Qui mansuetum & mitem animum gerunt.
3 Quàm maximis ergo ualemus
a Heb. simul. Laudibus insimul euehamus
Deum, atq; nomen magnificum ipsius
Tollamus in cælum. 4 quoties enim
Illum obsecraui, deq; rebus
Consului ambiguis: ibi ille
Respondit extemplo, ac penitus mihi
Omnem pauorem corde meo abstulit,
Ex omnibúsque angustiis me
b Heb. Respicite ad eum, cōfluite. Fœlix, Respexerunt, ad eum cucurrerunt. Sanct. Aspexerūt ad eum & illuminati sunt.
Soluit & eripuit: 5 nec unum
Hoc prosecutus munere me fuit,
Sed quotquot illum suscipiunt, suo
Vultu inspicit. Quin ergo ad illum
Tam facilem omnibus ac paratum
Acceditis quàmproxime, & obuiis
Vlnis ad illum curritis, ut suo
Illuminemini fauore!
Quos etenim facie benigna
Et dextera respectat, eos quoque

1 Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo.

2 In domino laudabitur anima mea, audiant mansueti & lætentur.

3 Magnificate dominum mecum, & exaltemus nomen eius a in idipsum.

4 Exquisiui dominum & exaudiuit me, & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.

5 b Accedite ad eum & illuminamini, & facies uestræ nō confundentur.

Ne iam in tenebris amplius ambulent
Illustrat: utq; ne erubescant
Abiiciantue animum, aut pudore
Offusi inanes spe penitus sua

c Iste pauper clamauit & dominus exaudiuit eum, & ex omnibus tribulationibus eius saluauit eum.

Frustrentur: [c] *imò quisquis eum inuocat*
Afflictione oppressus, illum
Mox Deus audiet, atque ei se
Accommodabit: quin etiam omnibus,
Quæ illum premunt cumque, eripiet malis:
Nec ullus ipsum, quamlibet sit
Hostis atrox, aliquando lædet.

7 c Immittet angelus domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos.

7 *Nam castrametatur domini angelus*
Circum pios, & numinis ipsius
Verè colentes, à malis ut
Liberet eripiatque cunctis.

c Hier. Circundat angelus domini in gyro timentes eum. Fælix moratur angelus domini in circuitu timentium eũ. Sãct. Castrametatur angelus. &c.
d Heb bonus.

8 Gustate & uidete quoniã d suauis est dominus: beatus uir qui sperat in eo.

8 *Consyderate ergo, utq; ita dixerim*
Gustate, quàm sit munificus Deus,
Et suauis: ô beatus illi
Fidere qui statuit, suámque
Fiduciam illo ponere in unico.

9 Timete dominũ oẽs sancti eius, quoniam non est inopia timentibus eum.

9 *Quare ô pij illum reueremini, &*
Vt filios par est, timete.
Nil etenim dominum colenti, ac

10 e Diuites eguerunt & esurierunt, inquirentes autem dominum non minuentur omni bono.

Sanctè timenti deesse potest: 10 *magis*
Autem qui abundant diuitiis, & ut
Sæui leones, pauperes &
Innocuos laniare uiuos
Conantur, ij demum esurient, bonis
Quibus fruebantur penitus suis
Quoquomodo insumptis. Deum autem
Quærere solliciti, fruentur
Quibus uolent cunque & cupient bonis.

e Hier. Leones. Fæl. & Sã. Catuli leonũ.

11 Venite filij audite me, timorem domini docebo uos.

11 *Iam si sciendi uos animus tenet,*

Quónam modo Deus colendus:
Eia adeste, mihiq́; filij
Libenter auscultate, deumq́; ego
Vt puriúsque, & relligiosius
Colatis, in primis docebo:
Quóque modo timeatis illum.

§ Eccl. & Sāct. Diligit dies ut uideat bonum.

12 *Longæuus autem qui fieri cupit,*
Annósque multos uiuere prospere,
13 *Coerceat linguam suam omni ab*
Opprobrio & maledictione:
Sed nec suis unquam labijs dolum
Loquatur, 14 *atque à prauo opere & malo*
Recedat, ac recta æmuletur:
Quáque potest, studeat quietam
Cum pace uitam transigere, ut uia &
Omni arte quæsitam queat assequi.

12 Quis est homo qui uult uitā, § diligit dies uidere bonos
13 Prohibe linguā tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum.
14 Diuerte à malo & fac bonum, inquire pacem & persequere eam.

ℨ Heb. ad clamorem.

15 *Nam spectat omneis innocentes,*
Atque humiles dominus benigno,
Pióq́; uultu: aurémque suam ad preces
Patentem eorum accommodat, 16 *ac malos*
Et impios toruo ac minaci
Inspicit, inspiciétque uultu:
Sic nulla, eorum ut mentio postmodum
In orbe toto permaneat: sed &
Cum nomine ipso obliuione
Perpetua lateant sepulti.

15 Oculi domini super iustos, & aures eius ℨ in preces eorum.
16 Vultus autem domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum.

17 *Iusti autem ubi clamant, Deus illico*
Exaudit illos, & semel omnibus
Angustijs illos suis, &
Omnibus eripit à periclis.
18 *Vtcúnque enim sint fracti, & ita ut loquar,*
Afflictionum fluctibus obruti
Et destituti, dum tamen præ

17 Clamauerūt iusti & dominus exaudiuit eos, & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.
18 Iuxta est dominus ijs qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu saluabit.

contrà se ac pios omnes, honore & lætitia affici postulat. Non male quoque intelligemus prophetice descriptam esse hoc psalmo à Dauide, Christi ad Deum patrem aduersus Iudæos expostulationem. Congruens est psalmus aduersus inimicorum insultationem & insolentiam.

Psalmus Dauid.

Psal. 35. Ode monocolos, constans iambico trimetro.

1 Mi Deus causam meam accipe obsecro, — 1 Iudica domine nocentes me, expugna impugnantes me.
ô Et qui mihi ex animo nocere uolunt, uasq;
Vt innocentem me opprimāt, quærūt, prius
Quàm cœpta perficiant iniqua, iudica,
Ac me palàm oppugnare conantes prior
Expugna: 2 age arripe lanceam & scutum tuum, — 2 Apprehende arma & scutum, & exurge in adiutorium mihi.
Exurge in auxilium meum, 3 atque accingere
a Hier. Euagina gladium, & præcipita persequentes me. — Mucrone, eúmque educ & explica: occupa ad- — 3 a Effunde frameā & cōclude aduersus eos qui persequuntur me, dic animæ meæ salus tua ego sum.
uersarios fortis Deus meos, mihi
Ne quo modo insidias struant: conclude eos
In arctam & angustam uiam, nimirum ita
Vt se expedire non queant: & dic meo
Animo, suis propè destituto uiribus:
Ne metue, nam salus ego unus sum tua.
4 Atque interim pudore suffundantur, & — 4 Confundātur & reuereantur quærētes animam meam.
Timore corripiantur, omnes qui mihi
Vitam student auferre & eripere meam:
5 Cedantq; retro & erubescant, qui meum — 5 Auertantur retrorsum & confundantur cogitantes mihi mala.
Commoliuntur dira & improba in caput:
6 Vtq; aquilo tenuem puluerem à terra excutit, — 6 Fiant tāquā puluis ante faciem terræ, & angelus domini b coartans eos.
Sic à Dei fauore pellantur procul,
b Psal. expellens — Ipsosq; in angusta uia coerceat
Dei angelus, 7 uiæq; eorum lubricæ — 7 Fiant uiæ illorum tenebræ & lubricū, & angelus domini persequens eos.
Sint, & tenebris obsitæ densissimis:
Deique persequatur illos angelus

8 Ex insidiis enim atque commerito meo
Nullo pararunt laqueum, ut incassum mihi,
Vitæq; frustra rete tetenderunt meæ:
Et opprobriis illam atque contumeliis
Petiere: 9 sed capiti suo ipsorum Deus
Male uertat, ac subita ruina nescij op-
primantur, & laqueo capiantur quem piis
Tetenderint: suismet ipsi retibus
Irretiantur, & suam in foueam cadant.
10 Ego interim uerò in Deum fiducia
Concepta ouabo, & mihi salute præstita
Præ lætitia exiliam. 11 Sed & mea
Præ gaudio cuncta intima occinent tibi
Dicéntque, quis similis tui in diis ô Deus,
12 Qui fortiorum de manu imbellem eripis,
Et indigentem ac pauperem à raptoribus!
13 Testes enim falsos subornarunt mihi
Quæ nesciebam interrogantes, 14 & malo
Bonum rependentes, bonorumq; omnium
Pœnuria urgentes. 15 Ego interim tamen
Quum tot nimis mihi molesti essent modis,
Non efferebar contra eos: imò magis
Siquando habere noueram quemquam male, aut
Infirmitate detineri quapiam,
Veste induebar sordida, atque cilicio, 16 &
Ieiunio meme ipse macerabam, ac pro eis
Mecum in sinu meo precabar, haud secus
Quàm si mea precarer ipse gratia.
Quòd si impiè cuiquam precatus sum, aut male,
Vllúmue læsi quidpiam: imò ni mea
Opera indigentem uisitaui, & obtuli
Si quid me egeret, sibi liceret ut frui:

8 Quoniam [c] gratis absconderunt mihi interitum laquei sui, superuacue exprobrauerunt animam meam.
9 Veniat illi [d] laqueus quem ignorat, & captio quam abscondit apprehendat eum, & in laqueũ cadat in ipsũ.
10 Anima autem mea exultabit in domino, & delectabitur super salutari suo.
11 Omnia ossa mea dicent, domine quis similis tibi?
12 Eripiens inopẽ de manu fortiorum eius, egenum & pauperem à diripientibus eum.
13 Surgentes testes iniqui, quæ ignorabã interrogabãt me.
14 Retribuebãt mihi mala pro bonis, sterilitatem animæ meæ.
15 [e] Ego autẽ quũ mihi molesti essent induebar cilicio.
16 Humiliabã in ieiunio animã meã, & oratio mea in sinu meo conuertetur.

[c] Hier. quia frustrà absconderũt mihi insidias retis sui, sine causa foderunt animæ meæ. Fel. Quoniam sine causa absconderũt mihi foueam retis eorũ, frustra fecerunt foueam animæ meæ.
[d] Hier. calamitas. Fel. strepitus. Sanct. contritio.
[e] Hier. ego autem quum infirmarer ab eis induebar cilicio. Fel. Ego autem quum ipsi infirmarentur, indumentũ meum saccus. Sanct. Et ego ægrotãtibus ipsis uestimentũ habebã è sacco.

Vel si aliter illi affectus ac fratri sui,
Aut clanculum illum odi, in sinum meum mea imprecatio reuertat, ac mihi male accidat.
17 *Nam contrà, ubi cuiquam male esse noueram,*
Vt matre delicatuli pueri solent
Lugere mortua: haud secus tristabar, &
Pullatus incedebam, eique condolens
Mœrore me satiare non poteram: quem ego
Sic planè amabã ut proximum & fratrem. 18 *interim*
Verò ille perduellis atque hostis meus,
Et qui illius me gratiam tantum oderant,
Si quid sinistri, si quid aduersi mihi
Fortè accidisset, gestiebant: & simul
In me aggregati nescientem, ac tale nil
Sperantem & immeritum flagris illis suis,
Illáque uirulentia linguæ suæ
Diuerberabant atque lacerabant: enim-
19 *uerò Deo illos dissipante, & ob sua*
Peccata corripiente, nil ob id tamen
Commoti in ipsis perseuerabant malis.
Cum similibus scurris sui calumniis
Carnem uorantes atque laniantes meam,
Et crure claudum illis suis dicteriis
Scurrilibus sannísque lacerabant: licet
Ipsimet abiecti atque uentri dediti
Gulæq; mente claudicarent duplici:
Qui præ furore corda dissecti sua
Infrenduerunt dentibus in me unum suis.
20 *Ergóne tandem aliquando respicies, neque*
Rationem habebis ô Deus mei? meam
Ne ab efferatis erues leonibus
Animam, fauore destitutam opéque omnium?

f Hier. Quasi ad amicũ quasi ad fratrẽ meũ sic ambulaui: quasi lugens. Fel. Sicut socius sicut frater sic ambulaui: sicut lugens matrem nigerrimus humiliatus sum. Sanct. Sicut pro amico sicut pro fratre meo ambulaui, tanquam lugẽs matrem pullatus humiliabam me.

g Hier. In infirmitate mea lætabantur & congregabantur, collecti sũt aduersum me percutientes & nesciebã. Fel. Quum ego attritus essem læti sunt & collecti sunt, congregati sũt aduersũ me claudi, & nesciebã.

h Hier. à calamitatibus suis. Fel. à tumultibus eorum.

17 f *Quasi proximum & quasi fratrem nostrum sic cõplacebam, quasi lugens & contristatus sic humiliabar.*

18 g *Et aduersum me lætati sunt & cõuenerunt, cõgregata sunt super me flagella & ignoraui.*

19 *Dissipati sunt nec compuncti, tentauerunt me, subsannauerunt me subsannatione. frenduerunt super me dentibus suis.*

20 *Domine quando respicies, restitue animam meam h à malignitate eorũ, à leonibus unicã meã.*

28 Ac de ruina gaudio affecti mea,
Meóq; casu, gratulentur sic sibi:
Euge anime noster, ecce enim prostrauimus, (n Heb. deuorauimus eum.)
Hostémq; nostrum uicimus, & depressimus.
Sed obsecro ne habeant, deus iuste ac bone,
Vnde ista de me iactitent: 29 at potius &
Pudore suffundantur & male rem gerant,
Quotquot uoluptatem capiunt meo ex malo.
30 Inuoluat illos rursus & pudor & tremor,
Qui se erigunt, mihi ut noceant, & quos iuuat (o Hier. magnificantur. Fel. gloriantur.)
Mendacia & maligna contra me loqui.
31 Laetentur econtrario quibus placet
Mea innocentia, & mihi qui bene uolunt,
Pacificáq; optant: & deum optimum efferant,
Cumuléntq; summis laudibus, & dicant palàm: (p Heb. qui uult, dei scilicet qui uult.)
Laudemus omnes ac celebremus dei
Praestantiam nostri, atq; magnitudinem, &
Benignitatem copiosam, qui suum
Tot liberum molestijs seruum ac malis,
Placido & quieto uoluit otio frui.
32 Visum est enim mihi deinceps sedulò
Et praedicare iustitiam tuam, & tui
Totos dies cantare laudes nominis.

28 Non dicant in cordibus suis euge euge animae nostrae, nec dicant, n deuorabimus eum.

29 Erubescant & reuereantur simul qui gratulantur malis meis.

30 Induantur confusione & reuerentia, qui o maligna loquuntur super me.

31 Exultent & laetentur qui uolunt iustitiam meam, & dicant semper magnificetur dominus p qui uolunt pacem serui eius.

32 Et lingua mea meditabitur iustitiã tuam tota die laudem tuam.

ARGVM. PSAL. 36.

Impiorum peruersitatem, & effusam ad omnia mala licentiam proponit hoc psalmo David: cui contrà, summam dei in nos benignitatem opponit, in quo uniuersi boni fons est & origo: cuius iustitiam & misericordiam erga probos implorat, utq; se à sceleratis (quorum ruinam praedicit) tueatur, obsecrat. Consolatorius est psalmus aduersus improborum uim & insolentiam.

In finem. Sermo domini David.

Pſal. 36. Ode tricolos tetraſtrophos,
conſtans ut pſalmus 6.

2 Dixit iniuſtus ut delinquat in semetipſo, non eſt timor dei ante oculos eius.

1 Anta & tã grauia extant ſcelera impij, ut [a]
T Perſuadere mihi non aliud queant,
Quàm formidine nulla
Ipſum numinis affici, &
Nullum omnino oculis atq; animo ipſius
Obuerſare timorem domini dei.

b Quoniam doloſe egit in cõſpectu eius, ut inueniatur iniquitas eius ad odium.

2 Illud nempe parum eſſet
Quòd tot criminibus noua
Adiungit toties crimina, ni ſimul
Prætextu illa boni leniat, at ſine
Vlla relligione,
Atq; eiſdem placeat ſibi.
Qua ex re nil aliud conſequitur, niſi
Quòd ſe mundo odioſum facit ac deo.

3 Verba oris eius iniquitas & dolus, c noluit intelligere ut bene ageret.

3 Nil ſimplex in eo eſt: nil
Syncerum neq; candidum.
Nam quidquid loquitur, flagitium merum eſt.
Quòd ſi forte aliquando in ſpeciem bona
(Vt nouit ſimulare)
Aut ualde æqua uidebitur
Ac ſyncera loqui: tunc mage ſi ſapis
Obſeruare hominem par fuerit tibi,
Qui uel recta moneri
(Ne quando reſipiſcere

4 Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo, d adſtitit omni uiæ non bonæ, malitiam autem non odiuit.

Detur) ferre nequit. 4 quin (adeò malo &
Peruerſo ingenio præditus eſt) nihil
Tota nocte aliud quàm
Fraudes atq; dolos apud
Se uerſat, quibus interdiu & omnibus

a Hier. Dixit ſcelus impij in medio cordis eius, non eſſe timorem dei ante oculos eius. Sanct. Dictum præuaricationis impio eſt, in medio cordis mei non eſt pauor dei.
b Hier. Quia doloſe egit aduerſus eum in oculis ſuis, ut inueniret iniquitatem eius ad odiendum. Sanct. Quoniam leniuit ei peccatum in oculis eius, ut inueniat iniquitatẽ ſuam, ut odio habeat. ſ. bonum. Vel. Quoniam perſuaſit ipſi in oculis ſuis ut inueniat delictum ſuum ut odio habeat. i. quoniam perſuaſit ſib. ipſi aſſentando peccatis ſuis ſe recte agere, ut perficiat delictum ſuum & bonũ odio habeat.
c Heb. ceſſauit.
d Sanct. ſtetit ſecus uiam non bonam.

Aspectantibus inuadere possit in
Vnumquemq;:nec ulla
Planè illum aut hominum aut dei
Formido reuocare aut reuerentia,
Non tanta immerito facta sibi bona,
Possint:quin semel iniuste
Aggressam peragat uiam.
Peruersis etenim se socium omnibus
Adiungit:neq; uerò aut erit,aut fuit
Toto unquam orbe patratum
Vllum flagitij genus,
Quod non gratum habeat:seq; aliquod putet
Admisisse nefas grande uel impium,
Si se deteriorem
Agnorit fore quempiam.

5 Domine in cœlo misericordia tua, & ueritas tua usque ad nubes.

5 *Verum tanta homines,quæ grauior nequit,*
Quamuis improbitas ceperit impios,
Illorum tamen omnes
Noxas,flagitia omnia,
Illa ingens bonitas exuperat dei,
Ac longè amplior est.Nam ultimum & intimum
In cœlum usq; penetrat,
Constantissimáq; eius &
Nullo deficiens tempore ueritas:
Quæ terra nebulas scandit ab infima,
Atq; omnem tegit orbem,&
Totum cingit in ambitu.

6 Iustitia tua sicut [a] montes dei, [b] iudicia tua abyssus multa.

6 *Quin montes etiam iustitia editos,*
Ac summos tua longè exuperat:neq; est
Vllum æquor uel abyssus,
Quò non iudicijs tuis
Veris peruenias,ac sapientibus.
Vsq; usq; ardua præruptáq; montium ad

[a] Sanct. montes fortissimi uel altissimi.

Saxa aſcendere, non eſt
Cuiquam perfacile, ipſáue
Scrutari maria horrentia, & inuias
Humaniſq; oculis impenetrabiles
Spectare uſq; ad abyſſos:
Sic cauſam neq; cur deus
Vnum magnificas, deprimis alterum.

7 Homines & iumenta ſaluabis domine, f quemadmodum multiplicaſti miſericordiam tuam deus.

7 Multiplex adeò autem eſt bonitas tua, ac
Tam diffuſa per orbem,
Non ſolum erga homines, ſed &
Erga bruta etiam ac muta animantia,
Vt curæ tibi ſint, & ſimul omnia
Subſtentes, paritérq;
Serues: ac uelut anxius
Illis ne male ſit, prouideas tua
Summa illa bonitate ac ſapientia.

f Heb. quia precioſa eſt miſericord. a tua.

8 Filij autem hominum in g tegmine alarum tuarum ſperabunt.

Alarum 8 ergo tuarum
Vmbra & tegmine, ut optimo
Confiſi auxilio & præſidio, ſuam

g Heb. umbra.

9 Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente uoluptatis tuæ potabis eos.

In te uno ſpem homines conſtituent: 9 neq;
Verò quidquam aliunde
Poſſunt, ſi quid habent opus,
Quàm de fonte tuæ magnificentiæ
Haurire: omnimodam namq; opulentiam,
Quam nemo auferat, illinc
Infinitáq; commoda,
Non magno ſtudio mox ſibi congrent.
Quin & delicijs quæ deceant pios
Æternùm potientur:
Vbertate domus tuæ
Nimirum ſatiabuntur, & irrigu-
o torrente tuæ lætitiæ ſuum
Explebunt animum. nam

Vndæ non nisi turbidæ
Nobis hoc misero tempore suppetunt.
10 Riuorum sedenim fonte perennium
Abs te uno omnia nobis
Emanant. at ubi tuo
Illustrati erimus lumine, plenius
Ac longe uberius, tunc tenebris procul
Abiectis, tua in illa
Luce splendida & inclyta
Contemplabimur illam faciem tuam.
11 At uerò interea dum fragilem & miseram
Hoc in corpore terreo
Vitam ducimus: omnibus
Qui te unum dominum, unúmq; deum suum
Agnoscunt, bonitatem egregiam tuam
Impartire, piisq;
Et rectum cor habentibus:
Vt contra impietatem male de deo
Arbitrantium, eum imponere nemini, at
Promissíq; tenacem
Veracémq; probent fore.
Porrò 12 illorum etiam, qui uiolentia
Per fas atq; nefas omnia destruunt,
Vim dirúmq; furorem,
A me obsecro inhibe: neq;
Me permitte superbi pede, & impij
Calcari, ēq; meo deijcier gradu:
Sed 13 grassentur iniqui
Quoquo illis lubitum est modo:
Nec iustos agitare atq; uiros bonos
Cessent: interea nam caput in suum
Isthæc cuncta reuertent,

10 Quoniam apud te est fons uitæ, & in lumine tuo uidebimus lumen.

11 Prætende misericordiam tuam scientibus te, & iustitiā tuam ijs qui recto sunt corde.

12 Nō ueniat mihi pes superbiæ, & manus peccatoris non moueat me.

13 Ibi ceciderunt omnes qui operantur iniquitatem. expulsi sunt. nec potuerunt h stare.

h Heb. surgere.

Et mox præcipites ruent,
Sic nunq̃ ut ualeant inde resurgere:
Quiq; iniusta patrant, deijcientur, ita
Vt subsistere, sed nec
Vllo stare loco queant.

ARGVM. PSAL. 37.

Quoniam quod ad præsentem uitam attinet, plerumq; impijs bellè succedit, pijs autem multa sinistrè accidunt: bona spe pios esse iubet, neque temporali impiorum prosperitate uri: futurum enim breui ut omnia illis cedant in contrarium. Imò toto psalmo nihil aliud uates agit, nisi quòd fideles hortatur secunda impiorum fortuna non moueri: quòd pessimè tandē illi cum impia posteritate habituri sint, iustis autem bene sit futurum. Valet psalmus ad consolãdos in afflictione pios.

Psalmus Dauid.

Psal. 17. Ode monocolos, constans iambico dimetro.

a Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatē.

a Hie. & Fel. noli contendere cum &c. Sanct. ne misceas te cum.

a Ne æmuleris impios,
C Vllúmue cum illis sit tibi
Commercium: multominus
Succense, & illis inuide,
Si quando fortè uideris
Auctoritate plurima,
Multisue fortunæ bonis

a Quoniam tanquā fœnum uelociter b arescent, & quē admodum olera herbarum cito decidēt.

b Hier. conterentur. Fel. succidentur.

Florere: a non enim diu
Primatum habebunt: sed uelut
Fœnum uigore perdito
Flaccescēt illico: haud secus

Fauore mundi & gratia
(Quæ sæpe fidentes sibi
Momento in uno deserit)
Elapsa & extincta, statim
Auctoritatis pristinæ
Et dignitatis è gradu
Planè excidem: & in modum
Fœni (quod à primordio
Veris uirescit, at cito
Ad solis æstum feruidi
Marcescit) ut primum igneos
Afflictionum senserint.
Æstusq; ferre cœperint,
Mox deperibunt marcidi.

a Hier. pasce re fide. Bal. & Sanct. pasce ueritatem.

3 *Nulla ergo eorum tangere*
Cura: sed unicam in deum
Fiduciam & spem colloca.
Sectare quidquid est bonum
Rectumue, longo ut tempore
Viuas, deiq; perpetim
Fruaris utaris bonis:
Téq; ipsum pascas fide
Et nutrias: ac postmodum
Viuentium terram incolas.

3 Spera in domino & fac bonitatem, & inhabita terram, & a pasceris in diuitiis eius.

4 *Quòd si nihil præ uno illo amas,*
Aut æstimas, tibi omnia ex
Sententia, ac prout uoles
Et concupisces, conferet.

4 Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.

d Heb. & Hier. uolue super dominum.

5 *Ergo omnium rerum tuarum*
Illi statum planè indica:
Nam quam uiam uitæ uoles
Cunq; instituisse ue aggredi,
Curabit optima fide,

5 d Reuela domino uiam tuam & spera in eo, & ipse faciet.

c Et educet quasi lumen iustitiam tuã & iudicium tuum tanquam meridiem, e subditus esto domino & ora eum.

Sic c tecum agens, iusta ut tua
Palàm acta mundo prodeant
Ceu lumen auroræ, ac suam
In publicum lucem afferant,
Quanquam latens, & unico
Deo illa teste feceris:
Imò æquitas tua haud secus
Quàm cœlo aperto & nubibus,
Vacante, uti in meridie
Clarescet, ac lumen suum
Toti palàm orbi proferet.
Age ergo, si uidebitur
Deus morari plusculum,
Paulisper expecta, & tace,
Atq; in sinu tuo silens
Eum precare, téq; et
Submitte, 7 quòd si quempiam
Contingat in uita sua
Vti secunda ac prospera
In omnibus fortuna: et
Ne tu tamen succense, ob id-
ue quomodocunq; inuide.
Nam sæpe cuiq; pessimo
Sic euenire uidimus:
Quîcum tibi nullum uelim
Commercium, nullam fore
Prorsus necessitudinem.
8 Ergo inuidere desine, ac
Furorem ab impio tuum
Coerce, & iram desere,
Neq; æmuleris sic eum,
Vt perperam exemplo illius
Agas. 9 Nam & omnes impij

e Hier. Tace domino, expecta eum. Aliter expecta dominum, & expecta ipsum.

7 f Noli æmulari in eo qui prosperatur in uia sua, in homine g faciente iniustitias.

f Hier. noli contendere aduersus eum.
g Hier. qui facit quæ cogitat.

8 Desine ab ira, & derelinque furorẽ. noli h æmulari ut maligneris.

h Hier. contendere.

9 Quoniã qui malignantur exterminabuntur: i sustinentes autem dominũ ipsi hæreditabunt terrã.

Pessumdabuntur: at dei
Benignitatem qui diu
Non defatigati manent,
Hæreditate possident,
Et possidebunt perpetim
Viuentium terram, interimq;
Istic dies longos agent.
10 Parumper ergo subsiste,
Nec iam uidebis impium
Superstitem: quumq; ipsius
Quæsiueris locum & thronum
Vbi sedebat, nusquam eum
Inueneris, radicitus
Nempe eruendus, atq; ita
Delendus est, uestigium
Vt nec supersit ipsius.
11 At mansueti plurimos
Annos bonis terræ omnibus
In pace longa, & ocio
Fruentur alto: 12 utcunq; eis
Fraudem ac dolum impius struat,
Vtcunq; frendat dentibus
Aduersus insontes suis.
13 Namq; interim è cælo deus
Deridet illum, quippe qui
Propè affuturum respicit
Casum ruinamq; ipsius.
14 Arcum tetendere impij,
Ensemq; distrinxere, 15 quò
Et pauperem afflictum opprimant,
Et qui uia recta ambulant,
Innoxiósq; deuorent.
16 Mucrone uerò proprio

l Hier. non subsistet peccator.

k Fal. humiles.

l Hier. cogitat impius de iusto.

m Hier percutiant fal. cadere faciant.

n Hier. in uia.

10 Et adhuc pusillum & non erit peccator, quæres peccatum eius & l non inuenies.

11 k Mansueti autem hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis.

12 l Obseruabit peccator iustum & stridebit super eum dentibus suis.

13 Dominus autem irridebit eum, quoniam prospicit quòd ueniet dies eius.

14 Gladium euaginauerunt peccatores, intenderunt arcum suum.

15 m Vt decipiant pauperem & inopem ut trucident rectos n corde.

16 Gladius eorum intret in corda ipsorum, & arcus eorum confringetur.

Contrà quàm opinabantur, in
Præcordia ingresso sua,
Suísque fractis arcubus
Breui peribunt: quare eis
Fœlicitatem ne inuide
Suam, aut bonorum copiam.

17 Melius est modicum iusto, super diuitias peccatorum multas.

17 *Habere namque paululum,*
Iusteq; partum qui potest:
Fœlicior multo est eo,
Qui congregatas plurimas
Per fas nefasq; opes habet.

18 Quoniam brachia peccatorũ conterẽtur o confirmat' autẽ iustos dominus.

18 *Namque impiorum brachium*
Et robur ac fiducia
Franguntur: at iustos deus
Sustentat atque suscipit,

o Hier. sublevat.

19 Nouit dominus dies immaculatorũ, & hæreditas eorum in æternum erit.

19 *Curæq; sunt ipsi dies*
Ac anni eorum: quamq; eis
Fruendam & utendam dedit,
Erit perennis iugiter,
Ac sempiterna hæreditas.

20 Non confundẽtur in tempore malo, & in diebus famis saturabuntur, quia peccatores peribũt.

20 *Nec tempore in læuo sua*
(Quæcunque eis mala ingruant)
Fiducia bona excident,
Quin inualescenti fame
Satis futurum est ac super,
Quo sese alant & nutriant.
Quando interim omnes improbi
Fame peribunt ac siti:

21 p Inimici uero domini mox ut honorificati fuerint & exaltati, deficientes quemadmodum fumus deficient'.

21 *Et qui deo aduersati erunt,*
Vtcunque dignitatis &
Auctoritatis principem
Nunc obtinent locum, tamen
Agnorum adeps ut pinguium

p Hier. Et inimici domini gloriantes ut monocerotes cõsumentur, sicut fumus consumentur.
Sarl. Et inimici domini uelut adeps agnorũ defecerunt, in fumo defecerunt. San. Inimici domini erunt, sicut preciosi agni defecerunt.

Admota ad ignem protinus
Liquatur. haud secus sua
Cum gloria illa in aëra
Soluentur, ac fumos leues.
21 *Peccator autem mutuum*
A proximo quum ceperit,
Non reddit indigentibus:
Contrà quod esse uiderit
Opus, benignè uir pius
Vltróq; donat, uel sine
Spe prorsus ulla quod suum est
Integrum habendi. 22 *Hunc in modum*
Qui largiuntur pauperi,
Et largienti diuiti
Ac pauperem bonis suis
Impertienti qui bona
Et prospera optant ac uolunt,
Hæreditate illos deus
Donabit istic optima.
At qui male optant ac uolunt,
Nec largiuntur pauperi,
Viuentium eruentur è
Terra, neque hic longos dies
Agent: 24 *piorum autem deus*
Gressus uirorum dirigit,
Vt quo locorum cunque eant,
Tuti ambulent, & quod genus
Vitæ, institutúmq; & modum
Elegerint, sibi placens
Ostendet ac gratum fore.
25 *Si quando uerò uir pius*
(Prout nihil firmum est) ruit,
Haud spe sine ulla corruit:

q Heb. qui benedicti fuerint ab eo.

r Heb. maledicti ab eo.

s Hie. & Fel. sustentat manum eius.

21 *Mutuabitur peccator & non soluet, iustus autē miseretur & retribuet.*

22 *Quia q benedicentes ei hæreditabunt terram, r maledicentes autem ei disperibunt.*

24 *Apud dominū gressus hominis dirigentur, & uiā eius uolet.*

25 *Quum ceciderit non collidetur, quia dominus s supponet manum suam.*

At illico manu ipsius
Deus prehensa illum erigit,
Et ambulanti illi manum
Supponit, ut ne corruat,
Nec indigere unquam sinit.
26 *Nam iunior quondam fui,*
Et denique euasi senex:
Nunquam tamen uidi pium
Iustumq; deseri à deo:
Neque huc redactos liberos
Ipsius, ut penuria
Victus laborarent, 27 *licet*
Benignitate in pauperes
Multa uteretur, & daret
Vltro indigenti mutuum,
Sed absq; spe ulla & fœnore.
Contrà autem abundare omnibus
Bonis uidemus posteros
Ipsius, & semper bene
Habere. 28 *Qui bene ergo uis*
Tibi esse, desine à malo,
Et quod bonum est sectare: sed
Attende primùm ut neminem
Lædas, deinde ut omnibus
Prout facultates ferent,
Te liberalem præbeas:
Eósq;, quatenus potes,
Et re tua & uerbo adiuues:
Sic fiet ut terram diu
Cum pace & otio incolas.
29 *Nempe æquitatis est amans*
Iustiq;, nec suos deus
Vnquam indigentes deserit:

26 Iunior fui etenim senui, & nõ uidi iustũ derelictũ, nec semen eius quærens panem.

27 Tota die miseretur & cõmodat, & semẽ illius in benedictione erit.

28 Declina à malo & fac bonũ, & inhabita in seculum seculi.

29 Quia dominus amat iudiciũ, & nõ derelinquet sanctos suos in æternum conseruabuntur.

Sed curat illos anxiè
Seruatq́; 30 contrà autem impij
Exterminabuntur suis
Cum liberis & posteris.
31 Quando interim terra ut sua
Iusti fruentur ac pij,
Diutiusq́; illam incolent.
32 Nam lingua iusti nil nisi
Quod utile esse nouit aut
Salubre tractat, quodq́; sit
Prudentiæ affine, ac bonum
Æquúmue. 33 Legem enim dei
In corde secum gestitat:
Quæ si præit, quam semitam,
Et quam uiam cunque ingredi
Optabit, à lapsu pedes
Tutos habebit: 34 & licet
Obseruet omnibus uijs
Iustum impius, nullaq́; non
Exploret arte quomodo
In retia inclusum sua
Protrudat: 35 Haud tamen deus
Illum in manu eius deseret,
Vel arbitratui ipsius (e Heb. iudicabitur ipse.)
Permittet, aut sontis loco
Habebit: et si talem eum
Existimarit impius,
Sententiaq́; iudicis
Damnari iniqui & improbi
Curauerit. nam iugiter
Adest ei deus, suamq́; ei
Sartam atque tectam & integram
Conseruat innocentiam.

30 Iniusti punientur, & semen impiorum peribit.

31 Iusti autem hæreditabunt terram, & inhabitabunt in seculum seculi super eam.

32 Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium.

33 Lex Dei eius in corde ipsius, & non supplantabuntur gressus eius.

34 Considerat peccator iustū, & quærit mortificare eum.

35 Dominus autem non derelinquet eū in manibus eius, nec damnabit eū quū e iudicabitur illꝰ.

36 Expecta dominũ & custodi uiam eius, & exaltabit te ut hæreditate capias terrã: quũ perierint peccatores, uidebis.

36 Ergo in deum spera, atque eum
Paulisper expecta, & mane,
Iuxtaq; præscripta illius
Ac iussa uiue & ambula:
Teq́; ille in altum extollet, &
Hæreditariam tibi
Donabit omni tempore
Terram obtinendam: & quum impij
Perdentur, intueberis

37 Vidi impiũ superexaltatũ, & eleuatũ sicut u cedros Libani.

Securus, & tutus. 37 neque
Enim insolens res aut noua est,
Ruina casusq; impij.
Vidi impium olim & improbum
Terrore formidabilem, &
Expansum ut annosam arborem,
Instarq; lauri uiuidum &

u Hier. indigenã uirẽtem. Fel. laurus uiridis.

38 Et transiui, & ecce non erat quasi uicũ, & non est inuentus x locus eius.

Semper uirentem: 38 paululum
Post temporis pertransii,
Et iam locorum nusquam erat.
Quumq; ipse scrutarer locum,
Quo floruisset antea,
Non repperi, iam iamq; enim
Abscesserat sic illius
Vt ne unicum planè quidem
Vestigium superforet.

x Heb. deest.

39 Custodi innocentiã & uide æquitatẽ, quoniam y reliquiæ sunt homini pacifico.

39 Cura ergo semper ut tibi
Curæ sit innocentia,
Et æquitatem, quod potes,
Tuere: nam qui se geret
Recta atque mente simplici,
Æterna pax illum manet:
Quin & perenne gaudium, ac
Beatum habebit exitum.

y Hier. quia erit ad extremũ uiro pax.

z Hier. nouissimum impiorum peribit.

40 At impij omnes funditus,
Simulq́; delebuntur, &
Vnà peribunt: denique
Merces eorum, casus &
Ruina: 41 contrà autem à deo
Iustis, pijsq́; erit salus:
Queis robur ille est ac fuit,
Eritq́; tempore aspero,
42 In posterumq́; illis opem
Semper salutarem adferet,
Sicariorumq́, omnium
& impiorum de manu
Seruabit erutos: quia
Spem collocarunt & suam
Fiduciam illo in unico.

40 Iniusti autem deperibunt simul, z reliquiæ impiorum interibunt.

41 Salus autē iustorū à domino, & protector eorum in tempore tribulationis.

42 Et adiuuabit eos dominus, & liberabit eos, & eruet à peccatoribus, & saluabit eos, quia sperauerunt in eo.

ARGVM. PSAL. 38.

In persecutione Absalonica uidetur editus à Dauide hic psalmus, quo tēpore morbo quodā grauiore ad uindicanda scelera sua correptus à deo, eius in se iram etsi cōmeritus, deprecatur, obiter morbi uehementiam, amicorum infidelitatem & defectionem, suamq́; patientiam proponens. Deinde ex sua in deum fiducia, peccatorumq́; suorum confeßione spem bonā concipit sibi tandem deum adfore. Cōgruens & aptus est psalmus ad deprecandam in ægritudine dei iram.

Psalmus Dauid ad memorandum.

Psal. 38. Ode dicolos distrophos, constans primo metro glyconico, altero asclepiadæo.

1 E me durius ô deus
N Obsecro furibundéue reum argue,
Neu pro commerito meo
In feruore animi corripe, nempe quis

1 Domine ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me.

Illam ferre manum tuam
Irati ualeat! [a] morbus adhac mihi
Sic insedit in omnibus
Membris, ut ueluti missa sagitta, mea
Intret uiscera in intima.
Ad uiuum quoque me bulcus tua dextera
Percussit, 3 sed ita ut meo
Toto in corpore sanum penitus nihil
(Dum uultus faciem tui
Offensam inspicio) manserit, illaq;
Quum mecum reputo mea
Multa & maxima delicta, quibus te ego
Offendi toties, statim
Horresco memorans totus, & omnia
Omnino ossa mihi fremunt.
4 Tantus namque meorum est scelerum, atq; tam
Enormis numerus, caput
Longè ut transiliant & superent meum:
Vtq; ingens onus & graue,
Imò Aetna grauius sic me onerant, ea ut
Nullis ferre queam modis.
5 Porrò computruere, & sanie undiq;
Effluxere mea ob mala:
Insignemq; meam stultitiam mihi
Concreta ulcera. 6 quin ita
Est morbus uehemens & grauis, ut die
Tota atratus obambulem:
Et tum flagitij pondere, tum mei
Morbi acri uehementia
Sic depressus agam, ut me quoque postea
Curuum incedere oporteat.
7 Namque ardore flagrant ilia, nec meo est
Toto in corpore sanitas:

2 Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi: & [a] confirmasti super me manũ tuam.

3 Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ, non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum.

4 Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me.

5 Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ, à facie insipientiæ meæ.

6 Miser factus sum & curuatus sum usque in finẽ, tota die contristatus ingrediebar.

7 Quoniam lumbi mei impleti sunt [b] illusionibus & non est sanitas in carne mea.

[a] Hier. tetigit me manu tua. Fel. depressa est super me manus tua.

[b] Hier. ignominia. Fel. combustione.

Quod tam foedum agitat uulnus, ut integrum
Et sanum superet nihil.

8 *Quare afflictus & oppressus in hunc modum*
Non planctus hominum modo, aut
Humanos gemitus edere cogor, at
Prae cordis gemitu mei
Rugire haud aliter quàm impatiens famis,
Ieiunisque leo solet.

9 *Scis autem quid ego optem aut cupiam deus,*
Nec desyderium anxium,
Celariue potest te gemitus meus:
Nosti morbi etiam mei
Et caussam, & quo opus illi est medicamine:
Quod solus potis es dare.

10 *Vtq; undis agitatum mare feruidis*
Nullo stare loco ualet,
Clamorem horribilem cum fremitu ciens:
Sic subsultat, & undique
Dum morbo hoc agitur, cor mihi palpitat,
Atque altos gemitus ciet:
Ac me prorsum etiam destituit meum
Robur: nullaq; iam meis,
Vt lucem aspiciant, uis oculis inest.

11 *Noti quinetiam mei,*
Et chari è regione ac procul à meo
Stabant ulcere foetido.

12 *Affinésque mei, quorum ego debui*
Sperare auxilium atque opem,
A me longè aberant: quiq; odio meam
Vitam lethifero oderant,
Perdendaeq; inhiabant animae meae
Insonti licet: ij modò
Vim fecere mihi: tendiculis modò

c Hier. Euigilaui & afflictus sum. Fel. collisus sum & contritus sum. San. debilitatus sum & atritus sum.

d Hier. fluctuabat. Fel. circuiuit.

e Hier. Chari mei & amici mei quasi contra lepram meam steterũt. Fel. Diligentes me & socij mei ex aduerso plagae meae stabant.

f Hier. irruebant. Fel. posuerunt tendiculas. San. Illaquearunt.

8 c Afflictus sum & humiliatus sum nimis, rugebã à gemitu cordis mei.

9 Domine ante te omne desyderium meũ, & gemitus meus à te non est absconditus.

10 Cor meũ d cõturbatum est, dereliquit me uirtus mea & lumen oculorum meorũ & ipsum nõ est mecum.

11 e Amici mei & proximi mei, aduersum me appropinquauerunt & steterunt.

12 Et qui iuxta me erant de longe steterunt, & f uim faciebant qui quaerebant animã meam.

Inuasere meum in caput.

13 Et qui inquirebant mihi mala locuti sunt g uanitates, & dolos tota die meditabantur.

g Hic insidias Fel. & San. prauitates.

13 Quiq; in nos meditantur mala, nec bene
Nobis ex animo uolunt,
Totos nil aliud secum agitant dies,
Quàm quo me illaqueent dolo.

14 Ego autē tanquā surdus non audiebā, & sicut mutus non aperiens os suum.

15 Et factus sum sicut homo nō audiēs: & non habēs in ore suo redargutiones.

14 Ipse autem interea non secus atque si
Surdis auribus ac sine
Lingua essem, silui murmura ad omnia:
15 Et tanquam nihil audiens,
Ac surdo similis, dissimulare ea
Me conuicia compuli:
Nec quidquam obijcere aduersus eos animum
Induxi penitus meum.

16 Quoniā h in te domine speraui, tu exaudies me domine deus meus.

h Hier te expectaui.

16 Respondebis enim nomine eis meo,
Nimirum quia spem meam
Omnem in te posui & constitui unicum.
Quapropter nihil ambigo,
Quin nostram ipse precem protinus audias.

17 Quia dixi nequādo i supergaudeant mihi inimici mei, & dū cōmouentur pedes mei super me magna locuti sunt.

i Hier. insultent mihi. Fel. Laetentur propter me. i. meo malo.

17 Orandum inter enim tibi
Fundendumq; preces saepius, haec ego
Dicebam: simul atque pes
Nutauit meus, extollitur, & suas
Cristas erigit, ac mihi
Insultat meus hostis, quasi tu tuum
Seruum abieceris: ast ego
De te spero parens & deus optime,
Abiectus licet ac miser,
Quòd nil accidet unde ille diu meo
Laetari queat è malo.
Quanquam, quatenus ad me attinet, omnia
Certum est mi potius pati,
Quàm de te facere aut iustitia tua
Omnino querimoniam: at

Sic me comparo componoq́;, postmodum
Nil durum ut reputem aut graue,
x Hie.plagas uel interitum. Quod me ferre uoles. 18 Tergus enim meum
Ad dira offero uerbera.
Nam nostri quoties flagitij subit,
Quàm indignis etiam modis
Offendi bonitatem immodicè tuam:
Tunc incredibilis dolor,
Non tam letiferi uulneris illius,
Quàm eius criminis horridi,
Sese iugiter offert oculis meis,
Et mentem grauibus meam,
l Heb. anxius ero propter peccatum meum. Curis sollicitat: 19 Sed quoniam scelus
Planè confiteor tibi,
Nec iam dissimulo, sed doleo anxius
Offendisse deum meum:
Consultum hinc mihi bellissimè, & optimè
Cautum existimo: nec iam erit
m Hier. mendaciter. Vel. falso. Vt quidquam dubitem quin faueas mihi.
20 Quanquam hostes magis ac magis
Viuunt atque ualent, & numero inualent
Crescunt inq; dies mei,
Et quicunque odijs me grauibus petunt
Nullo commerito meo.
n Hie aduersabantur mihi Vel. impediēt me. 21 Id uerò parum erat ni mala pro bonis
Insonti mihi redderent,
Quos olim officijs demerui omnibus,
Et clàm detraherent, ob id
Tantum quòd studio dissimili bona
Sectarer, malaq́; oderam.
o Heb. elongeris. 22 Quare tandem ades in subsidium meum;
Nec me desere, longiúsue
p Heb. festina. Abscede: 23 imò cito accurre salus mea,

18 Quoniam ego x in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper.

19 Quoniā iniquitatem meam annunciabo, & l cogitabo pro peccato meo.

20 Inimici aūt mei uiuunt, & confirmati sunt super me, & multiplicati sunt qui oderūt me m inique.

21 Qui retribuunt mala pro bonis n detrahebant mihi, quoniā sequebar bonitatem.

22 Ne derelinquas me domine deus meus, ne o discesseris à me.

23 p Intende in adiutoriū meū domine deus salutis meæ.

Ac me protinus adiuua.

ARGVM, PSAL. 39.

Siue in ægritudine corporis, ſiue animi quapiam afflictione ob inimicorum perſecutiones et inſidias conſtitutus Dauid hunc pſalmum compoſuerit, patientiam in eo ſuam oſtendit, qui neque aduerſus deum ob ægritudinem, neque aduerſus hoſtes ægroto conuiciantes expoſtularit. Deinde ſe malorum tandem oppreſſione coactũ et uitæ pertæſum uerba ad deum feciſſe, et ab eo numerum dierum ſuorum qui ſupereſſet quæſiuiſſe ait. Denique hominum uanitate et inanitate propoſita ab uno deo precatur auxilium. Vnicè ualet Pſalmus ad continendam piorum in afflictione murmurationem.

Victori pro Idithum Pſalmus Dauid.

Pſal 39. Ode dicolos diſtrophos, conſtans priore metro iambico trimetro, altero iambico dim tro.

1 Dixi, cuſtodiam uias meas, ut non delinquam in lingua mea.

2 *PRopoſuerã obſeruare longè quàm antea,*
Multóq; diligentius
Vias meas, meq; abſtinere non modo
(Quanquam graui urgerer malo)
Ab impotentia, ſed ab indignis quoque
Viro querelis, a ac meam quoque
Arcere freno linguam, acerbè me licet
Inceſſeret probris, meamq;
In calamitatem perditus ac petulans homo
Inſtaret: ut ne quam darem
Calumniandi occaſionem ei: me enim
Obſeruat ille iugiter,
Si forte quidquam animo impotenti erga deum
Iratus euomam meum.
3 *Quapropter & ſilere certum erat, uelut*

2 a Poſui ori meo cuſtodiam^b, quũ conſiſteret peccator aduerſum me.

3 b Obmutui & humiliatus ſum^c & ſilui à bonis, & dolor meus renouatus eſt^d.

a Hier. cuſtodiam ori meum ſilẽtio. San. cuſtodiã ori meo clauſuram. Fel. cuſtodiã ori meo capiſtrum.

b Heb. obmutui ſilentio.

c Hier. & Fel. conturbatus eſt.

Si mutus omnino forem &
Elinguis (ast ita ut à bonis uerbis quoque
Me continerem, non secus
Atque à malis) abiectioremq; omnibus
Præstare me: sed interim
Longè ingrauescit & fit irritatior,
Dolorq; crudescit meus.
4 *Nam tum incalescebat mihi cor, tunc ego*
Æstu doloris anxius
Quum cogitarem, & mecum animo perpenderem
Quantis, quibusue essem in malis,
Non aliter æstuabam & ardebam, mea
Quàm si ignis ingens intima
Præcordia inflammaret. 5 *hic ego tum amplius*
Linguam tenere non ualens
Nec spiritum, hæc coactus in uerba efferor:
6 *Finem mihi meæ ô deus*
Vitæ indica, quotq; illi adhuc restant dies:
Vt quid mihi desit sciam,
Quantumq; in ijs uersari oportet miserijs.
7 *Compertum enim est, dies meos*
Certos, statósque præscientia in tua
Fore, atque mensurabiles,
Vixq; esse longitudinis palmi unius,
Quos tu tenes omneis uelut
Digitos tuos, quin istius uitæ quoque
Quam degimus, tempus nihil
Est, si modo nos æternitatem illam tuam
Consyderamus, 8 *nempe homo*
Ipsissima est inanitate inanior,
Ipsissima imò uanitas.
9 *Qui tanquam imago uana & umbra inutilis*
Nil permanens habet, nihil

4 Conualuit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis.

5 Locutus sum in lingua mea: domine notum fac mihi finem meum.
6 Et d numerum dierum meorũ quis est, ut sciam e quid desit mihi.

d Heb. mensuram.
e Fel. quàm breuis temporis ego.

7 f Ecce mensurabiles posuisti dies meos, & substantia mea tanquam nihilum ante te.

f Hier. breues posuisti dies meos, & uita mea quasi nõ sit in conspectu tuo. Fel. Ecce ad mensurã pugillorũ posuisti dies meos, & tempus meũ ac si non esset corã te. San. ad mẽsuram quatuor digitorũ.

8 Veruntamen uniuersa uanitas, omnis homo g uiuens.
9 Veruntamen in imagine pertransit homo, h sed & frustra conturbatur.

g Hier. stans semper. Fel. permanens.
h Fel Verũtamẽ uanè tumultuati sunt.

Solidum: at tumultuatur ac semper fremit,
Et turbulentis fluctibus,
Animiq́; morbis agitur, ac furijs suis
Vexatur: aut mani enim
Pauore perterretur, aut libidine
Ardescit effreni, modò
Temerè impudenti gaudio exultans, modò
Confractus ægritudine.

10 Thesaurisat, & ignorat qui congregabit ea.

10 Omitto uerò quàm inhiet ad pecunias,
Quo iure quáq; iniuria
Labore multo congerendas, nec sibi
Nec liberis forsan suis.
Namq; illa planè immensa cui bona congreget,
Ignorat. 11 hinc istæc ego
Quum uideam aperte, uanáq; humana omnia
Sciam esse, cuinam fidere,
Aut quo deinceps debeo niti, nisi
Te solo & uno mi deus!
Ad singularem igitur tuam me totum, opem
Conuerto, te unum contuor.

11 i Et nunc quæ est expectatio mea? nõne dominus? & substantia mea apud te est?

i Hier. nunc ergo quid expecto domine? præstolatio mea es tu.

12 Ab omnibus iniquitatibus meis erue me, opprobriũ insipienti k dedisti me.

12 Age ergo serui misereat dominum sui:
Iam supplici tuo omnia
Peccata dona, nec sine insipientibus
Ludibrio me esse hostibus.

k Heb. ne ponas me.

13 Obmutui & nõ aperui os meũ. quoniã tu fecisti: amoue à me plagas tuas.

13 Namque ipse quondam calamitatem quum meam
Opprobrio atque iniurijs
Petulantibus uexaret hostis insolens,
Obmutui, neque hiscere
Aduersus illum sum ausus: etenim noueram
Mihi uoluntate hæc tua,
Prudentiæq; consilio tuæ omnia
Contingere: atqui iam satis
Superq́; pœnarum dedi. aufer paululum

Manum tuam armatam ô deus.
14 *Nam quum ipse tu me affligeres, parum abfuit*
Quin destitutus uiribus
Vitáq;, deficerem: increpare tu quidem
Quos diligis soles, patrísque
In eos seueritate animaduertere: 15 *sed &*
Nonnunquam eousq; prodit, ac
Procedit iracundiæ affectus tuæ,
Vt criminis memor sui
In lachrymas liquescat, ac totus fluat
Peccator: utq; tinea
Longo situ indumenta rodit, ita tu eum
Tabefacis: nimirum ob id
Vt agnito primum deo, se postmodum
Rem purè inanem & friuolam
Fore, nec aliud quid præter hominem intelligat,
Quantumlibet magnus fiet,
Multáue mentis atque mira corporis,
Raráq; dote præditus.
16 *Tu ergo misericordiæ parens deus,*
Orationem filij
Exaudi: & illam supplicis serui tui
Clamantis ad te, obsecro, ne
Contemne uocem, néue lachrymas meas
Repudia, 17 *atque iniurias*
A perduellibus mihi factas meis
Tu ne oscitanter præteri,
Aut dissimula: nam mundo in isto sic ago,
Non transeuntem patriam
Possessor uti perpetuus incolens: sed ut
Futuram apud te quæritans
Peregrinus ut mei patres atque incola.
18 *Ergo antequam uita exeo,*

l Hiet. cantẽtione. Pæl uulnere. Sa. bello.

m Hie. Et posuisti quasi tineã desiderabilia eius. Pæl. tabescere fecisti uelut tineã preciosũ eius.
n Heb. uanitas.

o Heb. ad lachrymam meã ne obsurdescas uel sileas. Iũgunt enim initiũ sequentis uersus cũ fine huius.

p Hier. parce mihi ut rideam. Pæl. declina à me & corroborabor.

14 l A fortitudine manus tuæ ego defeci in increpationibus, propter iniquitatem corripuisti hominẽ.

15 m Et tabescere fecisti sicut araneam animã eius: uerũtamen in uane cõturbatur omnis homo.

16 Exaudi orationẽ meam domine, & deprecationẽ meam o auribus percipe, lachrymas meas.

17 Ne sileas, quoniã aduena ego sum apud te & peregrinus, sicut omnes patres mei.

18 p Remitte mihi ut refrigerer priusquã abeã, & amplius non ero.

At illico manu ipsius
Deus prehensa illum erigit,
Et ambulanti illi manum
Supponit, ut ne corruat,
Nec indigere unquam sinit.

26 *Iunior fui etenim senui, et non uidi iustum derelictum, nec semen eius quaerens panem.*

26 *Nam iunior quondam fui,*
Et denique euasi senex:
Nunquam tamen uidi pium
Iustumq; deseri à deo:
Neque huc redactos liberos
Ipsius, ut penuria

27 *Tota die miseretur et commodat, et semen illius in benedictione erit.*

Victus laborarent, 27 *licet*
Benignitate in pauperes
Multa uteretur, et daret
Vltro indigenti mutuum,
Sed absq; spe ulla et foenore.
Contrà autem abundare omnibus
Bonis uidemus posteros
Ipsius, et semper bene

28 *Declina à malo et fac bonum, et inhabita in seculum seculi.*

Habere. 28 *Qui bene ergo uis*
Tibi esse, desine à malo,
Et quod bonum est sectare: sed
Attende primùm ut neminem
Laedas, deinde ut omnibus
Prout facultates ferent,
Te liberalem praebeas:
Eósq;, quatenus potes,
Et re tua et uerbo adiuues:
Sic fiet ut terram diu
Cum pace et otio incolas.

29 *Quia dominus amat iudicium, et non derelinquet sanctos suos: in aeternum conseruabuntur.*

29 *Nempe aequitatis est amans*
Iustiq;, nec suos deus
Vnquam indigentes deserit:

Sed curat illos anxiè
Seruatq́;. 30 contrà autem impij

30 Iniusti punientur, & semen impiorum peribit.

Exterminabuntur suis
Cum liberis & posteris.
31 Quando interim terra ut sua
Iusti fruentur ac pij,
Diutiusq́; illam incolent.

31 Iusti autem hereditabunt terram, & inhabitabunt in seculum seculi super eam.

32 Nam lingua iusti nil nisi
Quod utile esse nouit aut

32 Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium.

Salubre tractat, quodq́; sit
Prudentiæ affine, ac bonum
Æquúmue. 33 Legem enim dei
In corde secum gestitat:
Quæ si præit, quam semitam,

33 Lex Dei eius in corde ipsius, & non supplantabuntur gressus eius.

Et quam uiam cunque ingredi
Optabit, à lapsu pedes
Tutos habebit: 34 & licet
Obseruet omnibus uijs

34 Considerat peccator iustũ, & quærit mortificare eum.

Iustum impius, nullaq́; non
Exploret arte quomodo
In retia inclusum sua
Protrudat: 35 Haud tamen deus
Illum in manu eius deseret,
Vel arbitratui ipsius

35 Dominus autem non derelinquet eû in manibus eius, nec damnabit eû quũ e iudicabitur illꝰ.

ᵉ Heb. iudicabitur ipse.

Permittet, aut sontis loco
Habebit: etsi talem eum
Existimarit impius,
Sententiaq́; iudicis
Damnari iniqui & improbi
Curauerit. nam iugiter
Adest ei deus, suamq́; ei
Sartam atque tectam & integram
Conseruat innocentiam.

36 Expecta dominũ & custodi uiam eius, & exaltabit te ut haereditate capias terrã: quũ perierint peccatores, uidebis.

37 Vidi impiũ superexaltatũ, & eleuatũ sicut u cedros Liban'.

38 Et transiui, & ecce non erat quaesiuicũ, & non est inuentus x locus eius.

39 Custodi innocentiã & uide aequitatẽ, quoniam y reliquiae sunt homini pacifico.

36 *Ergo in deum spera, atque eum*
Paulisper expecta, & mane,
Iuxtaq; praescripta illius
Ac iussa uiue & ambula:
Teq́; ille in altum extollet, &
Haereditariam tibi
Donabit omni tempore
Terram obtinendam: & quum impij
Perdentur, intueberis
Securus, & tutus. 37 *neque*
Enim insolens res aut noua est,
Ruina casusq; impij.
Vidi impium olim & improbum
Terrore formidabilem, &
Expansum ut annosam arborem,
Instarq; lauri uiuidum &
Semper uirentem: 38 *paululum*
Post temporis pertransij,
Et iam locorum nusquam erat.
Quumq́; ipse scrutarer locum,
Quo floruisset antea,
Non repperi, iam iamq́; enim
Abscesserat sic illius
Vt ne unicum planè quidem
Vestigium superforet.
39 *Cura ergo semper ut tibi*
Curae sit innocentia,
Et aequitatem, quod potes,
Tuere: nam qui se geret
Recta atque mente simplici,
Aeterna pax illum manet:
Quin & perenne gaudium, ac
Beatum habebit exitum.

u Hier. indigenã uirẽtem. Fel. laurus uiridis.

x Heb. deest.

y Hier. quia erit ad extremũ uiro pax.

z Hier. nouissimum impiorum peribit.

40 *At impij omnes funditus,*
Simulq; delebuntur, &
Vnà peribunt: denique
Merces eorum, casus &
Ruina: 41 *contrà autem à deo*
Iustis, pijsq; erit salus:
Queis robur ille est ac fuit,
Eritq; tempore aspero,
42 *In posterumq; illis opem*
Semper salutarem adferet,
Sicariorumq, omnium
& impiorum de manu
Seruabit erutos: quia
Spem collocarunt & suam
Fiduciam illo in unico.

40 *Iniusti autem deperibunt simul, z reliquiæ impiorum interibunt.*

41 *Salus autẽ iustorũ à domino, & protector eorum in tempore tribulationis.*

42 *Et adiuuabit eos dominus, & liberabit eos, & eruet à peccatoribus, & saluabit eos, quia sperauerunt in eo.*

ARGVM. PSAL. 38.

In persecutione Absalonica uidetur editus à Dauide hic psalmus, quo tẽpore morbo quodã grauiore ad uindicanda scelera sua correptus à deo, eius in se iram etsi cõmeritus, deprecatur, obiter morbi uehementiam, amicorum infidelitatem & defectionem, suamq; patientiam proponens. Deinde ex sua in deum fiducia, peccatorumq; suorum confeßione spem bonã concipit sibi tandem deum adfore. Cõgruens & aptus est psalmus ad deprecandam in ægritudine dei iram.

Psalmus Dauid ad memorandum.

Psal. 38. Ode dicolos distrophos, constans primo metro glyconico, altero asclepiadæo.

1 E *me durius ô deus*
N *Obsecro, furibundéue reum argue,*
Neu pro commerito meo
In feruore animi corripe, nempe quis

1 *Domine ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me.*

Quod tam foedum agitat uulnus, ut integrum
Et sanum superet nihil.

8 *Quare afflictus & oppressus in hunc modum*
Non planctus hominum modo, aut
Humanos gemitus edere cogor, at
Prae cordis gemitu mei
Rugire haud aliter quàm impatiens famis,
Ieiunisque leo solet.

c Hier. Euigilaui & afflicta sum. Fel. collisus sum & contritus sum. San. debilitatus sum & attritus sum.

8 c Afflictus sum & humiliatus sum nimis, rugebā à gemitu cordis mei.

9 *Scis autem quid ego optem aut cupiam deus,*
Nec desyderium anxium,
Celariue potest te gemitus meus:
Nosti morbi etiam mei
Et caussam, & quo opus illi est medicamine:
Quod solus potis es dare.

9 Domine ante te omne desyderium meū, & gemitus meus à te non est absconditus.

10 *Vtq; undis agitatum mare feruidis*
Nullo stare loco ualet,
Clamorem horribilem cum fremitu ciens:
Sic subsultat, & undique
Dum morbo hoc agitur, cor mihi palpitat,
Atque altos gemitus ciet:
Ac me prorsum etiam destituit meum
Robur: nullaq; iam meis,
Vt lucem aspiciant, uis oculis inest.

d Hier. fluctuabat. Fel. circuiuit.

10 d Cor meū cōturbatum est, dereliquit me uirtus mea & lumen oculorum meorū & ipsum nō est mecum.

11 *Noti quinetiam mei,*
Et chari è regione ac procul à meo
Stabant ulcere foetido.

12 *Affinesque mei, quorum ego debui*
Sperare auxilium atque opem,
A me longè aberant: quiq; odio meam
Vitam lethifero oderant,
Perdendaeq; inhiabant animae meae
Insonti licet: ij modò
Vim fecere mihi: tendiculis modò

e Hier. Chari mei & amici mei quasi contra lepram meam steterūt. Fel. Diligentes me & socij mei ex aduerso plagae meae stabant.
f Hier. irruebant. Fel. posuerunt tendiculas. San. Illaquearunt.

11 e Amici mei & proximi mei, aduersum me appropinquauerunt & steterunt.

12 Et qui iuxta me erant de longe steterunt, & f uim faciebant qui quaerebant animā meam.

Inuasere meum in caput.

13 Et qui inquirebaat mihi mala locuti sunt g uanitates, & dolos tota die meditabantur.

13 Quiq; in nos meditantur mala, nec bene
Nobis ex animo uolunt,
Totos nil aliud secum agitant dies,
Quàm quo me illaqueent dolo.

g Hic insidias Fel. & San. prauitates.

14 Ego autē tanquā surdus non audiebā, & sicut mutus non aperiens os suum.

14 Ipse autem interea non secus atque si
Surdis auribus ac sine
Lingua essem, silui murmura ad omnia:

15 Et factus sum sicut homo nō audiēs: & non habēs in ore suo redargutiones.

15 Et tanquam nihil audiens,
Ac surdo similis, dissimulare ea
Me conuicia compuli:
Nec quidquam obijcere aduersus eos animum
Induxi penitus meum.

16 Quoniā h in te domine speraui' tu exaudies me domine deus meus.

16 Respondebis enim nomine eis meo,
Nimirum quia spem meam
Omnem in te posui & constitui unicum.
Quapropter nihil ambigo,
Quin nostram ipse precem protinus audias.

h Hier te expectaui.

17 Quia dixi nequādo i supergaudeant mihi' inimici mei, & dū cōmouentur pedes mei super me magna locuti sunt.

17 Orandum inter enim tibi
Fundendumq; preces sæpius, hæc ego
Dicebam: simul atque pes
Nutauit meus, extollitur, & suas
Cristas erigit, ac mihi
Insultat meus hostis, quasi tu tuum
Seruum abieceris: ast ego
De te spero parens & deus optime,
Abiectus licet ac miser,
Quòd nil accidet unde ille diu meo
Lætari queat è malo.
Quanquam, quatenus ad me attinet, omnia
Certum est mi potius pati,
Quàm de te facere aut iustitia tua
Omnino querimoniam: at

i Hier. insultent mihi. Fel. Lætentur propter me. i. meo malo.

Sic me comparo componoq́; postmodum
Nil durum ut reputem aut graue,

k Hie.plagas uel interitum.

Quod me ferre uoles. 18 Tergus enim meum
Ad dira offero uerbera.
Nam nostri quoties flagitij subit,
Quàm indignis etiam modis
Offendi bonitatem immodicè tuam:
Tunc incredibilis dolor,
Non tam letiferi uulneris illius,
Quàm eius criminis horridi,
Sese iugiter offert oculis meis,
Et mentem grauibus meam,

l Heb. anxius ero propter peccatum meum.

Curis sollicitat: 19 Sed quoniam scelus
Planè confiteor tibi,
Nec iam dissimulo, sed doleo anxius
Offendisse deum meum:
Consultum hinc mihi bellissimè, & optimè
Cautum existimo: nec iam erit

m Hier. mendaciter. Vel. falso.

Vt quidquam dubitem quin faueas mihi.
20 Quanquam hostes magis ac magis
Viuunt atque ualent, & numero inualent
Crescunt inq́; dies mei,
Et quicunque odijs me grauibus petunt
Nullo commerito meo.

n Hie aduersabantur mihi Vel. impediēt me.

21 Id uerò parum erat ni mala pro bonis
Insonti mihi redderent,
Quos olim officijs demerui omnibus,
Et clàm detraherent, ob id
Tantum quòd studio dissimili bona
Sectarer, malaq́; oderam.

o Heb. elongeris.

22 Quare tandem ades in subsidium meum,
Nec me desere, longiúsue

p Heb. festina.

Abscede: 23 imò cito accurre salus mea,

18 Quoniam ego k in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper.

19 Quoniā iniquitatem meam annunciabo, & l cogitabo pro peccato meo.

20 Inimici aūt mei uiuunt, & confirmati sunt super me, & multiplicati sunt qui oderūt me m inique.

21 Qui retribuunt mala pro bonis n detrahebant mihi, quoniā sequebar bonitatem.

22 Ne derelinquas me domine deus meus, ne o discesseris à me.

23 p. Intende in adiutoriū meū domine deus salutis meæ.

Ac me protinus adiuua.

ARGVM, PSAL. 39.

Siue in ægritudine corporis, siue animi quapiam afflictione ob inimicorum persecutiones et insidias constitutus David hunc psalmum composuerit, patientiam in eo suam ostendit, qui neque aduersus deum ob ægritudinem, neque aduersus hostes ægroto conuiciantes expostularit. Deinde se malorum tandem oppreßione coactũ et uitæ pertæsum uerba ad deum fecisse, et ab eo numerum dierum suorum qui superesset quæsiuisse ait. Denique hominum uanitate et inanitate proposita ab uno deo precatur auxilium. Vniceè ualet Psalmus ad continendam piorum in afflictione murmurationem.

Victori pro Idithum Psalmus David.

Psal 39. Ode dicolos distrophos, constans priore metro iambico trimetro, altero iambico dim tro.

1 Dixi, custodiam uias meas, ut non delinquam in lingua mea.

2 a Posui ori meo custodiam, quũ consisteret peccator aduersum me.

a Hier. custodiam os meum silẽtio. San. custodiã ori meo clausuram. Fel. custodiã ori meo capistrum.

2 P Ropofuerã obseruare longè quàm antea,
Multoq; diligentius
Vias meas, meq; abstinere non modo
(Quanquam graui urgerer malo)
Ab impotentia, sed ab indignis quoque
Viro querelis, a ac meam quoque
Arcere freno linguam, acerbè me licet
Incesseret probris, meamq;
In calamitatem perditus ac petulans homo
Instaret: ut ne quam darem
Calumniandi occasionem ei: me enim
Obseruat ille iugiter,
Si forte quidquam animo impotenti erga deum
Iratus euomam meum.
3 Quapropter & silere certum erat, uelut

3 b Obmutui & humiliatus sum & silui à bonis, & dolor meus c renouatus est.

b Heb. obmutui silentio.
c Hier. & Fel. conturbatus est.

Si mutus omnino forem &
Elinguis (ast ita ut à bonis uerbis quoque
Me continerem, non secus
Atque à malis) abiectioremq; omnibus
Præstare me: sed interim
Longè ingrauescat & fit irritatior,
Dolorq; crudescit meus.
4 *Nam tum incalescebat mihi cor, tunc ego*
Æstu doloris anxius
Quum cogitarem, & mecum animo perpenderem
Quantis, quibusue essem in malis,
Non aliter æstuabam & ardebam, mea
Quàm si ignis ingens intima
Præcordia inflammaret. 5 *hic ego tum amplius*
Linguam tenere non ualens
Nec spiritum, hæc coactus in uerba efferor:
6 *Finem mihi meæ ô deus*
Vitæ indica, quotq; illi adhuc restant dies:
Vt quid mihi desit sciam,
Quantumq; in ijs uersari oportet miserijs.
7 *Compertum enim est, dies meos*
Certos, statosque præscientia in tua
Fore, atque mensurabiles,
Vixq; esse longitudinis palmi unius,
Quos tu tenes omneis uelut
Digitos tuos, quin istius uitæ quoque
Quam degimus, tempus nihil
Est, si modo nos æternitatem illam tuam
Consyderamus, 8 *nempe homo*
Ipsissima est inanitate inanior,
Ipsissima imò uanitas.
9 *Qui tanquam imago uana & umbra inutilis*
Nil permanens habet, nihil

d Heb. mensuram.
e Fel. quàm breuis temporis ego.
f Hier. breues posuisti dies meos, & uita mea quasi nō sit in conspectu tuo. Fel. Ecce ad mensurā pugillorū posuisti dies meos, & tempus meū ac si non esset corā te. San. ad mēsuram quatuor digitorū.
g Hier. stans semper. Fel. permanens.
h Fel Verūtamē uanè tumultuati sunt.

4 Conualuit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis.
5 Locutus sum in lingua mea: domine notum fac mihi finem meum.
6 Et d numerum dierum meorū quis est, ut sciam e quid desit mihi.
7 f Ecce mensurabiles posuisti dies meos, & substantia mea tanquam nihilum ante te.
8 Veruntamen uniuersa uanitas, omnis homo g uiuens,
9 Veruntamen in imagine pertransit homo, h sed & frustra conturbatur.

Solidum: at tumultuatur ac ſemper fremit,
Et turbulentis fluctibus,
Animúq; morbis agitur, ac furijs ſuis
Vexatur: aut inani enim
Pauore perterretur, aut libidine
Ardeſcit effreni, modò
Temerè impudenti gaudio exultans, modò
Confractus ægritudine.

10 Theſauriſat, & ignorat cui congregabit ea.

10 *Omitto uerò quàm inhiet ad pecunias,*
Quo iure quáq; iniuria
Labore multo congrendas, nec ſibi
Nec liberis forſan ſuis.
Namq; illa planè immenſa cui bona congreget,

11 ꝭ Et nunc quæ eſt expectatio mea? nõne dominus? & ſubſtantia mea apud te eſt.

Ignorat. 11 *hinc iſtæc ego*
Quum uideam aperte, uanáq; humana omnia
Sciam eſſe, cuinam fidere,
Aut quo deinceps debeo niti, niſi
Te ſolo & uno mi deus?
Ad ſingularem igitur tuam me totum, opem
Conuerto, te unum contuor.

ꝭ Hier. nunc ergo quid expecto domine? praeſtolatio mea es tu.

12 Ab omnibus iniquitatibus meis erue me, opprobriũ inſipienti ꝁ dediſti me.

12 *Age ergo ſerui miſereat dominum ſui:*
Iam ſupplicia tuo omnia
Peccata dona, nec ſine inſipientibus
Ludibrio me eſſe hoſtibus.

ꝁ Heb. ne ponas me.

13 Obmutui & nõ aperui os meũ. quoniã tu feciſti: amoue à me plagas tuas.

13 *Namque ipſe quondam calamitatem quum meam*
Opprobrio atque iniurijs
Petulantibus uexaret hoſtis inſolens,
Obmutui, neque hiſcere
Aduerſus illum ſum auſus: etenim noueram
Mihi uoluntate hæc tua,
Prudentiáq; conſilio tuæ omnia
Contingere: atqui iam ſatis
Superq; pœnarum dedi. aufer paululum

Manum tuam armatam ô deus.

14 *Nam quum ipse tu me affligeres, parum abfuit*
Quin destitutus uiribus
Vitáq;, deficerem: increpare tu quidem
Quos diligis soles, patrísque
In eos seueritate animaduertere: 15 *sed &*
Nonnunquam eousq; prodit, ac
Procedit iracundiæ affectus tuæ,
Vt criminis memor sui
In lachrymas liquescat, ac totus fluat
Peccator: utq; tinea
Longo situ indumenta rodit, ita tu eum
Tabefacis: nimirum ob id
Vt agnito primum deo, se postmodum
Rem purè inanem & friuolam
Fore, nec aliud quid præter hominem intelligat,
Quantumlibet magnus fiet,
Multáue mentis atque mira corporis,
Raráq; dote præditus.
16 *Tu ergo misericordiæ parens deus,*
Orationem filij
Exaudi: & illam supplicis serui tui
Clamantis ad te, obsecro, ne
Contemne uocem, néue lachrymas meas
Repudia, 17 *atque iniurias*
A perduellibus mihi factas meis
Tu ne oscitanter præteri,
Aut dissimula: nam mundo in isto sic ago,
Non transeuntem patriam
Possessor uti perpetuus incolens: sed ut
Futuram apud te quæritans
Peregrinus ut mei patres atque incola.
18 *Ergo antequam uita exeo,*

l Hier. contẽtione. Fel. uulnere. Sabello.

m Hie. Et posuisti quasi tineã desiderabilia eius. Fel. tabescere fecisti uelut tineã preciosũ eius.

n Heb. uanitas.

o Heb. ad lachrymam meã ne obsurdescas uel sileas. Iũgunt enim initiũ sequentis uersus cũ fine huius.

p Hier. parce mihi ut rideam. Fel. declina à me & corroborabor.

14 l A fortitudine manus tuæ ego defeci in increpationibus, propter iniquitatem corripuisti hominẽ.

15 m Et tabescere fecisti sicut araneam animã eius: uerũtamen n uane cõturbatur omnis homo.

16 Exaudi orationẽ meam domine, & deprecationẽ meam o auribus percipe, lachrymas meas.

17 Ne sileas, quoniã aduena ego sum apud te & peregrinus, sicut omnes patres mei.

18 p Remitte mihi ut refrigerer priusquã abeã, & amplius non ero.

Remissius mecum ô deus, atque lenius
Age, & seueram paululum
A me manum tuam absline, priusquam ab hac
Miserrima uita emigrem,
Paulisper ut me recreem: tum si uoles
Visumq; erit, nullus siem.

ARGVM. PSAL. 40.

Graui aliquo periculo siue ex morbo siue ex hostili persecutione liberatus Dauid, gloriatur hoc psalmo à Deo auditum se esse, una in nomen domini fiducia beatitudinē metiens: Quapropter non iam externa animalium, sed interna et spiritalia laudum sacrificia, in prædicanda eius iustitia et misericordia illi se libasse affirmat. Deinde obruentibus se uicijs purgari et inimicos suos pudefactum iri precatus, ad exultandum fideles inuitat, totamque suam in deū spem collocat. Et hæc quidem de Dauide, quod ad historiam pertinet. Nihil autem uetat, imò Pauli auctoritas cogit ut de Christo prophetice in persona Dauidis conscriptum psalmum intelligamus. Nam ad Heb. cap. 9. 10. & 11. huius psalmi uersiculos, de Christo et eius nouo per legalium cessationem sacrificio Paulus interpretatur. Christus ergo exauditum se à patre, totúque liberatum miserijs ecclesiæ suæ congratulās Dei legem, euangelium scilicet, ecclesijs se prædicasse ait. Quòd autem hoc psalmo et plerisque alijs Christus loquens peccatorum suorum meminit, non de suis (quippe qui peccatum non fecit) sed membrorum suorū. i. nostris peccatis, quæ sua expiando fecit, intelligere ac loqui censendus est. Appositus est psalmus ad confirmandam nostram erga deum quibuscunque in periculis fiduciam.

Victori Psalmus Dauid.

Psal. 40. Ode dicolos distrophos, constans priore metro Heroico, altero iambico dimetro.

1 Expectans expectaui dominū, & intendit mihi. 1

ANxius expectans dominū suspiria ab imo &
Ægro trahebam pectore:
Quādo ille afflictū miseratus, præstitit ultrò

Sese pium: atq; aurem suam
Terrarum ex imo clamanti è cardine cœli
Accommodauit: [2] *ac preces*
Clamoremq́; meum confestim exaudijt: & me
Profundiore de lacu,
Eq́; illo puteo lutulento extraxit: ubi undis
Afflictionum ex gurgite
Obrutus, atq; hominum planè desertus ab omni
Ope & fauore, cœlitus
Sperabam auxilium: nec me spes illa fefellit.
Nam fœtido me de lacu
Illo, ubi nec pedibus consistere, nec ratione
Vlla ingredi, uel inde me
Eximere implicitum poteram, mox eruit ille:
[3] *Et fœculento de loco*
Excelsum statuit præcelsa in rupe, uiamq́;
Per quam ambularem muniijt
Tutã planè: [4] *atq; hinc nostræ noua carmina musæ*
Sese offerunt. tantis enim
Officijs abs te cumulatis, fit noua semper
Deum celebrandi meum
Caussa: nouo quapropter carmine (ni uolo haberi
Et ore censeri omnium
Immemor officij, atq; hominum ingratissimus) illi
Par est ut hymnos iugiter
Consecrem, totq́; illa dei in me munera cantem.
[5] *Quæ postquam uiderit*
Et secum bona pars hominum reputauerit, ingens
Tenebit illos & timor
Et pauor: ac post hæc domino confidere, & illo
Niti atq; sperare unico
Incipient. [6] *at fœlicem nimis atq; beatum*
Qui spem reponit in deum

a Hier. de lacu sonitus, de luto cœni.

b H. laudem.

c Hier qui posuit dominum confidentiam suam.

d Hier. non est auersus ad superbias pompásque mendacij. Fœl non respexit ad superbos & diuertentes mendacia.

2 Et exaudiuit preces meas, & eduxit me a de lacu miseriæ & de luto fæcis.

3 Et statuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos.

4 Et immisit in os meum canticum nouum, b carmen deo nostro.

5 Videbunt multi & timebunt, & sperabunt in domino.

6 Beatus uir c cuius est nomen domini spes eius, & d non respexit in uanitates & insanias falsas.

Constituitq; suam: neq; uerò ad inania sese
Conuertit, aut eos habet
In precio, quos fastosi dementia mundi, &
Mera illa uanitas iuuat.

7 e Multa fecisti tu domine deus meus, mirabilia tua, & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi.'

7 Plurima patrasti miracula, multa benignè
Et liberaliter deus,
Non nobis modò sed cunctis fidentibus in te
Fecisti: & hæc non nunc modò
Primum, sed multis ante isthæc tempora seclis.

e Hier. multa fecisti tu domine deus meus mirabilia tua, & cogitationes tuas pro nobis, non inuenio ordinem coram te. Fel. multa fecisti domine deus meus mirabilia tua, & cogitationes tuæ erga nos, non est comparatio tibi.

8 Annunciaui & locutus sum, multiplicati sunt super numerum.

8 At illa quis fando explicet?
Scilicet infinita adeo sunt, nemo ut eorum
Vel cogitando consequi
Partem ullam minimam possit: quorum rationem
Modúmq; si fors quispiam
Aut uiam mire cupit, si tot benefacta recenset
Queis immerentes afficis,
Si q̃ sollicitus nostri q̃q; anxius ipse es,
Consyderat: nullum tibi
Inueniet similem. hæc equidem tua consilia olim &
Portenta tam stupenda dum
Percipere & uerbis confido exponere posse,
Spe falsus excido mea.
Tam sunt multa etenim ut dicā, tam grandia, nunq̃
Vt cogitari aut percipi

f Hier. si narrare uoluero & numerare, plura sunt quàm uel narrari queant. Fel. narrabo & loquar, præualuerunt ut enarrem.

9 Sacrificium & oblationem noluisti, aures autem g perforasti' mihi.

Possint. 9 Quum uerò tibi nec libamina, nec tam
Grata sient placentulæ,
Nec te adeo uituli delectet uictima cæsi,
Quàm mens uiri boni ac pij:
Sicut inæternum addicto Moseia seruo
Aurem forari lex iubet:
Sic tua ad obsequia æternùm, & mandata parato
Aurem forauisti mihi,
Et tua fodisti capienda ad iussa patentem.

g Hier. Fodisti Fel. perforasti.

At uerò,non aures modo
Quinetiam aptasti totum mihi corpus,ut ipsum
Totum dicarem me tibi,
Et consecrarem: 10 quem nulla holocausta,nec ullas
Piaculares uictimas
Quærere quum sciirem,tunc dixi:en mi pater adsum.

10 Holocaustum & pro peccato non postulasti,tunc dixi ecce uenio.

h Heb. uolumine.

11 Namq; in priore pagina
Et capite adscriptũ est, ipsoq; uolumine libri,
De me,ut uoluntati tuæ
Obsequar,& quod uis faciam:quid enim mihi possit
Acceptius uel gratius

11 In h capite i libri scriptum est de me, ut facerem uoluntatem tuam: deus meus uolui,& legem tuam in medio i cordis mei.

i Hier. uẽtris mei. Sanct. uiscerum meorũ.

Iniungi:tua nempe meis infixa medullis
Lex intimis,sic me afficit,
12 Ne dubitem tota populi spectante corona,
Et ueritatis & tuæ
Iustitiæ ac fidei fore nuntius.en mea nunq̃
Vt tu uides scisq; ô deus,
Labra tuas cessant meditato carmine laudes
Cantare: 13 non enim iuuat
Iustitiam celare tuam:quin omnibus illam,
Quicunq; confident tibi,

12 Annunciaui iustitiam tuam in ecclesia k magna l ecce labia mea non prohibebo, domine tu scisti.

k Hie. & Fel. multa.

13 Iustitiam tuam non abscondi in corde meo, ueritatem tuam & salutare tuũ dixi.

In promptu esse palàm affirmo,facilémq; paratu,
Et uniuersæ ecclesiæ
Quàm constans uerúsq; sies & fidus,apertè
Declaro:téq; quum semel
Pollicitus nobis fueris,dubio procul omni
(Etsi uideris plusculum
Iudicio tardare hominum)præstare salutem:
14 Simulq; q̃ benignus es
Et uerax,nil dissimulans,annuntio planè.
15 Benignitatem ergo tuam,
Quam confidenter populis ego prædico,quæso
Ne denega mihi ô deus:

14 Non abscondi misericordiam tuã, & ueritatem tuam à consilio multo.

15 Tu autem domine ne longe facias miserationes tuas à me,misericordia tua & ueritas tua semper susceperunt me,

Vtq; fide ac bonitate tua confisus, in omni
Negotio & facto meo
Non despondi animum: sic & nunc me deus illis
Sustenta & adiuua obsecro.

16 Quoniam circum dederunt me mala quorum non est numerus, comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui ut uiderem.

16 *Nam grauia, atq; omnem numerum superãtia, totũ*
Adobruerunt me mala:
Porrò etiam uitæ scelera intoleranda nephandæ
Sic me apprehenderunt, ea ut
Dispicere aut quoquo pacto spectare nequirem:

17 Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei, & cor meũ dereliquit me.

17 *Nam præter id quòd grandia*
Magnáq; sunt, tam multa etiam sunt illa, capillos
Vt non modo æquarint meos,
Sed superarint: atq; ea dum considero mecum,
Horresco totus: uerùm ita, ut
Destituat me animus, ni mox respexeris, & me

18 Complaceat tibi domine ut eruas me, domine ad adiuuãdũ me l respice.' 19 Confundantur & reuereãtur simul qui quærunt animam meam, ut auferant eam. 20 Conuertantur retrorsum & m reuereantur,' qui uolunt mihi mala. 21 n Ferant' confestim confusionem ' suam qui dicunt mihi euge, euge.

Adiuueris. 18 *Quare ô deus*
A celera, meq́; ærumnis mox erue tantis:
19 *Et erubescant, qui meæ*
Insidias tendunt, ac mille pericula uitæ.
20 *Pudore suffundantur, &*
Opprobrio, mea quos fortuna aduersa iuuabat:
Et spe sua falsi, fugam
Mox capiãt retrahántq; pedem, cedántq; retrorsum.
21 *Opprobrij sui quoq;*
Mercedem referant meritam, quicunq; sinistra in
Deum loquuntur, ac mihi
Insultant: uah, dicentes: en stulculus ille
Qui spem locabat in deum

l Heb. festina.

m Fel. operiãtur opprobrio.

n Hier. pereãt post confusionem suã. Fel. desolẽtur iuxta præmium ignominiæ illorum.

22 Exultent & delectentur super te omnes quærẽtes te, & dicant semper magnificetur dominus qui diligunt salutare tuum.

Ponebátq; suam: 22 *contrà deus optime, qui te*
Nituntur uno, gaudio
Exultent incredibili, dicántq; , salutis
Quicunq; amantes sunt tuæ:
Magnifica illa dei est, immensáq; gloria nostri.

23 Abiectus autem sim licet,
Auxilióq; hominum planè desertus ab omni:
Certissimè scio tamen,
Quòd curam geret ille mei pater optimus, 24 ergo
Quum sis salus mea ô deus,
Perfugiumq; meum, accelera, mé q; omnibus istis
Mox erue & solue à malis.

23 Ego autem mendicus sum & pauper, dominus sollicitus est mei.

24 Adiutor meus & protector meus tu es, deus meus ne tardaueris.

ARGVM. PSAL. 41.

Graui quapiam ægritudine afflictus David, inimicis fabula erat, asserētibus à deo destitui, & peccatorum suorum commerito derelinqui: ideo beatum pronuntiat eum, qui egenorum & ægrotorum curam habet: deinde aduersum inimicos, qui ægrotantem inuisebant exploraturi num eo morbo interiret, expostulat: similiter & aduersum fictos amicos. Demum à domino deo adiutum se esse lætatur. Et hæc quidem de Dauide iuxta historiam. Quia tamen Christus 10.3 uersiculum decimum de Iuda aduersum se interpretatur, de Christo quoq; psalmus intelligitur: qui quum diues esset ac potens, nostra causa æger factus et egenus, beatos asserit eos, qui sui pauperumq;, quos suos esse ducit, curam habuerint. Deinde aduersus Iudæos palàm inimicos, fictūq; amicum et proditorem Iudam expostulat, confidens se tandem à deo patre resuscitatum, et malis omnibus liberatum iri. Excitat nos psalmus ad egenis et ægrotis subueniendum.

Psalm. 41. Ode Dicolos Distrophos, constans sicut psal. 11.

1 Beatus, ac nimis
O Beatus ille, qui indigenti & ægro
Exprobrat nihil: neq;
Verò modo ullo ob ægritudinem ipsum
Deijcit, perinde quasi
Ob noxias eum deus suas, &

1 Beatus qui intelligit super egenum & pauperē, in die mala liberabit eum dominus.

Grande crimen, ulláue
Admiſſa non ferenda prorſus à ſe
Reprobauerit: magis
Autem rem apud ſe cogitans, deíq;
Prouidentiam probans,
Hæc omnia illius bono futura
Cenſet: ac deum ſuis
Gnatum benignè commonere flagris.
Imò quam poteſt habet
Curam ipſius, iuuátq; quantum in illo eſt.
Hanc qui opinionem habet,
Iuuátq; egenum qua poteſt uia, illum
Tempore aſpero deus
Ab omnibus periculis maliſq;
Liberabit eruens:
Et curam habebit ipſius perinde ac
Filij. [2] *nec ambigo*
Quin magnifici dei uſq; magna & ingens
Liberalitas eum
Egentem & afflictum in neceſſitate
Adiuuet: nam & is deo
Curæ eſt, uel ut qui maxime, ac ubi uſq; ad
Vltimum periculum
Inceperit decumbere, & inferorum
Limini eſſe proximus,
Mox ſanitati priſtinæ integræq;
Reddet: atq; eum bonis
Deus beatum faciet omnibus, quæcunq; habere q̃diu
Hic deget, optabit: neq; in ſuorum
Hoſtium manus ſinet
Et arbitrium uenire [3] *quin dolere*
Atq; habere perperam

2 Dominus conſeruet eum & uiuificet eum & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum eius.

3 Dominus [a] *opem ferat illi* [b] *ſuper lectũ doloris eius, uniuerſum ſtratum eius uerſaſti in infirmitate eius.*

a Vel confortabit eum.

Si cœperit, præsto est deus & paratus
  Vt medelam ei ferat:
Et quo suauiúsue molliúsue
  Ægritudinis suæ
Diebus ipsis decubet, benignè,
  Vtq; sic loquar, suis
Fouebit illum manibus, & cubile
  (Tam benignus est pater)
Versabit eius. unus est enim ille
  Subuenire qui potest.
4 Ego uerò quum graui ac periculosa
  Ægritudine angerer:
Ad te unicum statim ô deus reuerti,
  Talibúsq; uocibus
Clamaui: age misereſcat obsecro te
  Pauperis tui nimis
Affecti & afflicti: meámq; mentem
  Vniuersam, & omnia
Mea membra sana: nempe ob unicam hanc rem
  Quòd tibi deus meus
Peccaui, & in te grande aliquid patraui,
  Langueo: neq; hinc meo
Melius futurum corpori puto, ni
  Sana sit mihi, & suis
Abluta mens à noxijs: sed unus
  Hanc lauare, & omnibus
Eluere sordibus suis potens es.
b Vel. dicent. 5 Imprecantur, ac mihi
Hostes male ex animo uolunt: uicissimq;
  Alter alterum rogat:
Quando, putas, ille occidet, suósq;
  Morte finiet dies,
Atq; interibit nomen eius! Istæc

4 Ego dixi, domine miserere mei, sana animam meam quia peccaui tibi.

5 Inimici mei b dixerunt mala mihi quando morietur & peribit nomen eius

Murmura inuicem mei
Hostes ciebant atq; mussitabant.

6 ᵉ *Et si ingrediebatur ut uideret, uana loquebatur cor eius: congregans iniquitatem sibi.*

Si [6] *quis autem amicitiæ*
Adibat ad me nomine: ut uideret
Ægritudinis modo

ᶜ *i. si quis ueniret tanquam mei uisendi gratia.*

Meæ exitum id faciebat, ac dolose:
Vnum in ore, & intus in
Mente aliud habens, ad noxiam aggregat

7 *Egrediebatur foras & ᵈ loquebatur in idipsum.*

Noxiam: [7] *deinde mox*
Egressus à me, praua murmurabat,
Detrahebat ac mihi

ᵈ *Hier. detrahebat. quod autem sequitur in idipsum. i. pariter uel simul: Hebræi iungunt cum initio sequentis uersus.*

8 *Aduersum me susurrabant omnes inimici mei, aduersum me cogitabant mala mihi.*

Absenti: & [8] *inimicos meos apertos*
Mox adibat: atq; ibi
Studium omne eorum, murmur & susurros
Inuicem nefarios
Congerere, & in me iniqua cogitare

9 ᵉ *Verbum iniquum constituerunt aduersum me Nunquid qui dormit non adijciet ut resurgat?*

Ac loqui [9] *modos quoq;*
Quærere nocendi: nam graue, inquiebant,
Iste perpetrauit, &
Flagitium inexpiabile. age ergo non est
Quòd timere debeat

ᵉ *i. graui me scelere perstrictum asseuerabant, indeque fore ut non ex ea infirmitate conualescerem.*

Quisq; ne ab ægritudine & dolore,
Quo laborat ac male
Affligitur, sanus ualensq; surgat.

10 *Etenim homo pacis meæ, in quo speraui, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem.*

[10] *At mihi interim ô deus,*
Nil tam molestum támq; non ferendum,
Quàm quòd is mihi intimus
Sodalis & domesticus qui erat, quicum suauiter mihi
Conuiuere, & mensa pariter eadem
Victitare mos erat,
Cuiusque semper in fide acquieram
Atque amore, fœdere

Rupto uetustæ omnis sodalitatis,
Me fefellit,ac mihi
Laqueos tetendit,insidiásq; struxit,
Vtq; spretum ab omnibus
Me calce sublata altius petiuit.
11 *Ergo tu mei deus*
Miserere,qui planè à meis amicis
Derelinquor omnibus:
Et ægritudine hac grauissima me
Libera,ac resurgere
*Fac, impij pœnas suæ ut luant & *
Infidelitatis &
Diræ impietatis. 12 *Ipse uerò in hac re*
Te potissimum meæ
Fauere caussæ sentio:quia hostes
Sanitate reddita
Mihi mea,quod glorientur in me
Non habent:neq; unde mea
E morte euent,uel gaudio triumphent.
13 *Innocentiam meam*
Ipse siquidem miseratus ò deus mi,
Et iuuare me,& tua
Voluisti æternum beatitate
Perfrui:interim tamen
Ne quid mihi accidat mali aut sinistri,ut
Charus ac pius pater
Tanq̃ in oculis tibi siem,tueris,
Méq; ab omnibus meis
Defendis hostibus. 14 *ergo quas ualemus*
Gratias agamus ei,
Et sempiternis seculis quoq; illum
Israel pium deum
Laudemus atq; prædicemus. Amen.

f Hier. insultabit.

g Hie. & Fel. in simplicitate mea.

11 *Tu autem domine miserere mei, & resuscita me, & retribuam eis.*

12 *In hoc cognoui quoniam uoluisti me, quoniam non f gaudebit inimicus meus super me.*

13 *Me autem g propter innocentiam suscepisti, & confirmasti me in conspectu tuo in æternum.*

14 *Benedictus dominus deus Israel, à seculo & in seculũ fiat fiat.*

ARGVM. PSAL. 42.

Enthymius graecus putat prophetice descriptum hoc psalmo populi iudaici in captiuitate Babylonica suspirium, et uehemens de regressu in templum et sanctam ciuitatem desiderium. Mihi uidetur hunc psalmum descripsisse David, quum à furore Absalonicae persecutionis exularet, neque ei pateret in sanctam ciuitatem ad deo sacrificandum accessus: quod religiosissimum principem et pientissimum regem mirè torquebat. Hoc ergo psalmo ardentissimum ergo dei cultum desiderium exprimit: et exprobrantibus sibi inimicis quòd derelictus esset à deo bona se spe animat, affuturum sibi deum sicut olim patribus in deserto adfuerat confidens, quanquam diuersis subinde malis angeretur. Itaque uel propter hostes deum ad se precatur respicere: denique bono se ac confidenti animo iubet esse. Vnicè ualet psalmus ad consolandos exules christianos, maximè qui inter ethnicos et infideles habitant.

Victori erudiens canticum filiorum Core.

Psalm. 42. Ode Dicolos Distrophos, constans priore metro glyconico, altero Asclepiadeo.

1 a Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus.

a Hier. Sicut areola praeparata ad irrigationes aquarum, sic anima mea praeparata est ad te deus.

a D fontes uti lympidos
A Confectus nimio aestu, & rabida siti
Defertur celeri impete
Ceruus, quem rabies saeua canum diu
Lassauitque; & eò impulit:
Numen tam cupidè nostra deus tuum
Mens desiderat & cupit,
Et desiderio tota tui flagrat.
2 Sed nec quidquam aliud sitit,
Quàm quòd te semel ô omnipotens deus

2 Sitiuit anima mea b ad deum fontem uiuum, quando ueniam & apparebo ante faciem dei

b Hier. & chal. ad deum fortem uiuum: caeteri habent, ad deum deum uiuum.

Amplexetur, & expleat
Te uiuace potentiq; suam sitim.
Sed quando illa dies erit?
Num demum ueniet tempus & hora, quum
Adstabo ante deum meum,
Et coràm speculabor faciem ipsius.
Ac festos et agam dies?
3 *Nam noctésq; diésq; interea mihi*
Unus sunt lachrymæ cibus:
Quum de me rogitant perditi & impij,
Quónam sit deus in loco,
Qui nexum sibi tot deserat in malis:
Ille adiutor ubi est tuus?
Aiunt. 4 *Hæc ego uerò opprobria, hæc ego*
Dum conuicia cogito,
Quóq; olim numero, quáue frequentia
In templum usq; dei mei
Deducebar, ouantésq; homines meos
Deducebam, & ibi deo
Laudum sacra litabamus & hostias
Cum pompa atq; tripudio,
Me penè ipse animus deficit, ipsáq;
Mens me destituit mea.
Contrà dum fore spero ut redeam, & tua
Rursum altaria templáq;
Visam, lætitia cor nimia mihi
Effusum exilit in tuis
Fidens pollicitis, dum sibi prævidet
Aspirare diem bonam,
Quando ijs liberer atq; eripiar malis:
Quando me innumerabilis
Deducens hominum turba fidelium,

3 Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dũ dicitur mihi quotidie, ubi est deus tuus?

4 Hæc recordatus sum & effudi in me animam meam, c quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum dei.

c Hier. quia ueniam ad umbraculum, tacebo usque ad domũ dei. Fel. quoniam transibo, cum numero deducebar cum illis usque in domum dei.

In templum usq; tuum deus
Sanctum atq; eximium concomitabitur,
Et sanctam usq; tuam in domum.

5 *In [d] uoce exultationis & confessionis, s. nus epulātis.*

5 *Sed qua lætitia, quóue animi, precor*
Et uos obsecro, iubilo!
Quali festa dies concelebrarier
A sanctis, & agi solet,
Dum omnes in deo ouant, atq; tripudiant,
Exultántq; uelut sacris
Qui indulgent epulis, & genio uacant:
Vnóq; ore deum & dei

[d] *Hier. uoce laudis & confessionis multitudinis festa celebrantis.*

6 *Quare [e] tristis es anima [f] mea, & quare [f] conturbas me?*

Laudes concelebrant. 6 *Quid ni igitur tuo*
Confidis mi anime in deo?
Quid tam deijceris, quídue etiam infremis
In me, totq; molestijs
Dum tete excrucias afficis? excidit-
ne illa ingens bonitas dei,
Promissíue tenax q̄ fuerit, fíetq;
Et nunc? Númne etiam sui
Oblitus deus est, ut miserescere
Nolit, uel nequeat? nam & hoc
Infirmi officium est, planè etiam inuidi

[e] *Heb. incuruaris, deprimeris, te deijcis*
[f] *Vel tumultuaris aduersum me?*

7 *Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi, [g] salutare uultus mei & deus meus.*

Illud. 7 *Quare agedum caue*
Desperes mi anime, ac quum dominum & deum
Nunq̄ desore noueris
Iustis atq; pijs, uerùm & eis quoq;
Vt fert ipsa necessitas,
Illorum quoq; res postulat adfore,
Spes omneis in eum tuas
Pone & conijce, speráq; aliquando fore
Illum ut carminibus meis
Et laudem & celebrem, liber ab omnibus
Quæ me cumq; periculis

[g] *Sub. ipse est enim salutare.*

Tam longos agitant, & cruciant dies.
Condignas quoq; gratias
Illi pro merito in me referam suo.
Seruator meus est enim:
Qui ne unq̃ pudefiam, faciem meam
Conseruauit, & omnibus
Quæcunq; ingruerint me eripuit malis.
8 Sed q̃q̃ ijs ego uocibus
Consolari animum summe deus meum
Contendo, penitus tamen
Frustra hæc omnia: nam se excruciat, sed ita
Vt mœrore liquescat, ac
Sese deijciat, ni bonitas tua
Ingens atq; benignitas
Ad montem Hermonij & littora Iordanis
Collata in ueteres patres,
Et securum animi redderet, & tibi
Me confidere cogeret.
Nam quanq̃ simili cum patribus modo
Longe absum à patria domo,
Quanq̃ abiectus & exul uagor ad sacri
Deserta auia Iordanis,
Saltúsq; Hermonij uerticis inuios,
Et Mitzar nemora aspera:
(Quum serui interea liberè agant mei,
Atq; omnis populus sacro in
Monte illo Moria, ipse ob rabiem hostium
In monte hoc modico exulo)
Nulla obliuio me unq̃ capiet tamen
Summæ atq; egregiæ tuæ
In patres ueteres munificentiæ,
Qua certum est mihi fidere,
Vel si me mala nunc innumera opprimunt.

h Hier. Incuruatur in me ipsa anima mea .i. semetipsam cõsolatione destitutam deijcit & cruciat futurũ aũt est ut tuæ beneficentiæ memor spẽ recipiat.

8 h Ad meipsum anima mea conturbata est, propterea memor ero tui de terra Iordanis & Hermonijm à mõte modico.

9 Abyssus abyssum inuocat in uoce cataractarum tuarum.

9 Nam ut de uertice montium,
Quum torrens liquidarum niuium effluit,
Vnda undam premit atq; agit,
Impellitq; sequens alteram: uti & suas
Quum cœlum grauidum uomit
Vndas (ut cataractas fore quis putet
Ruptas) imbribus imber, &
Grando grandine compellitur, atq; ita
Vt uiteis sataq; omnia
Euertat miserè, sic misero mihi
Mox ærumna alia ex alia
Exurgit, neq; me utcunq; quiescere
Vel tempus modicum sinit:

10 Omnia excelsa tua & fluctus tui super me transierunt. 11 In die ¹ mandauit dominus misericordiam ² suam, & nocte canticum eius.

10 Cunctorumq; malorum opprimor impetu, &
Fluctu ac gurgite, nec mihi
Intermissio conceditur ulla: sed 11
Gratam spero diem fore,
Quæ iucunda meis prosperitatibus
Elucescet: ubi omnia
Optatò euenient, ac mihi prospera.
At non interea tamen
Isthac horribili nocte laboribus
Conferta atq; molestijs,
Laudes concelebrare alme parens tuas
Cessabo, neq; cantica

1. i. quanquam malorum penè opprimor impetu, nō deerit tamen interim eius misericordia quæ me foueat.

12 Apud me oratio deo uitæ meæ, dicā deo, * susceptor meus ³ es.

Tota nocte etiam psallere 12 tum tibi
Qui uitæ auctor es unicus
Seruatorq; meæ, talibus inquiam:
O rupes solida, & mea
Petra, ô perfugium atq; una salus mea,

* Hier. petra mea. i. perfugium.

13 Quare oblitus es mei, & quare tristis incedo dum affligit me inimicus?

13 Quidnam est obsecro quòd mei
Obliuiscaris? ut quid sinis hostibus
Tanto tempore me meis

Cum luctu assiduo ludibrio fore?
Tristi incedere q̃diu
Cogar uultu habituq;, & patiens feram
Tanta opprobria?q̃diu.
Nil de se meritum affligere,q̃ diu
Torquere innumeris modis
Indignísq;,nec ulli tolerabili-
bus pergent? [14] neque enim minus

l Heb. dũ ueluti gladio ossa mea t. confringent.

Quàm si ossa ancipiti perfoderent mihi
Mucrone,aut gladio meas
Costas transfigerent,me cruciant mei

14 [l] Dum confringuntur ossa mea, exprobrauerunt mihi qui tribulant me inimici mei.

Hostes: [15] dum mihi singulis
Exprobrare diebus misero solent:

15 Dum dicunt mihi per singulos dies, ubi est deus tuus? quare [m] tristis es anima mea, & quare conturbas me?

In quo spem penitus tuam
Ponebas,ubinam est ille deus tuus?

m Heb incuruaris, deprimeris, ue deijcis.

Qua re una grauius nihil
Exprobrare mihi unq̃ poterant:tamen
Non est quur te ita deijcere,
Et luctu mi animè affligere debeas,
Vt nec me modicum sinas
Respirare,sed & continuò tuo
Mœrore excrucies. [16] age

16 Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi, [n] salutare uultus mei & deus meus.

n sub. ipse est enim.

Confide in bonitate egregia dei,
Nec diffide semel fore,
Illum ut carminibus concelebrem meis,
Condignas quoq; gratias
Illi pro merito in me referam suo:
Seruator meus est enim,
Qui ne unq̃ pudefiam faciem meam
Conseruauit,& omnibus
Quæcunq; ingruerint me eripuit malis.

ARGVM. PSAL. 43.

Idem penè argumentum cum pſalmo ſuperiore. Petit ſe à perſecutione Abſalonica liberari. Deinde bona ſpe conceptà, non dubitat fore quin rurſus in templo deum adoret. Congruens & aptus eſt pſalmus omnibus ſine cauſa exulibus aut metu profugis.

Pſal. 43. Ode dicolos diſtrophos, conſtans iiſdem uerſibus cum pſalmo 7.

1 Iudica me deus & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta, ab homine iniquo & doloſo erue me.

1 *Rbiter omnium qui*
A *Mortuos uiuóſq; paterna tibi dignitate*
Præſtita, ut exigit res
Iudicas, quíq; eſſe ſoles auxilio indigenti,
En ego deſtitutus
A meis, quæro latebras anxius, ut me in illis
Occulere, ac furorem
Hoſtium uitare meorum ualeam: ergo tu me ab
Impietate eorum
Vindica atq; ulciſcere, cauſámq; meam deus mi ad-
uerſus eos tuere.
Et me ab iniuſta atque maligna, impia & infideli
Eripe gente, & unà
Ne mihi cor præ nimio deficiat labore,
Erue fraudulento
A uiro prauóque: 2 *tu enim præſidium meum unum*
Eſſe ſoles, meumq;
Robur. ergo quid ſibi uult, quòd me ita nunc repellis?
Quo precor uſq; tandem
Triſtis & pullatus ero, dum meus innocentem
Me premit hoſtis? 3 *eia*
Si tibi pœnas uideor plus nimio dediſſe,
Irradia, tuamq;

2 Quia tu es deus fortitudo mea: quare me repuliſti, & quare triſtis incedo dum affligit me inimicus?

3 Emitte lucem tuã & ueritatem tuam. ipſa me a deduxerunt & adduxerũt in montem ſanctum tuum, & in tabernacula tua.

a Heb. in futuro, deducent & adducent.

Cælitus lucem deus in me tenebris malorum in
Circuitu undecunque
Implicatum emitte: tuiq; interiore uultus
Lumine gratiosi
Tu mihi affulge: utq; sciant ac fatiantur hostes
Te dominum deumq;, &
Veritatem ante omnia gratam esse tibi, tuásq;
Pollicitationes
Irritas nunquam fore, tu me instrue ueritate,
Atque tui fauoris
(Qui mihi illucescat, & omnes tenebras meorum
Discutiat malorum)
Mitte de cœlo radium: illis ducibus Sionis
Perueniam tuum illum
In sacrum montem atq; pium: 4 quin etiam tuæ usq; 4 Et introibo ad altare dei, ad deũ qui lætificat iuuentutẽ meam.
In penetralia ædis,
Inde quo possim ad dominũ accedere, eumq; semper
Lætitiæ omnis atque
Gaudij auctorem in populo concelebrare: 5 teq; 5 Cõfitebor tibi in cithara d:us deus meus. quare b tristis es anima mea, & quare conturbas me?
Ad citharam tuasq; in
b Heb. incuruaris, deprimeris. *Sempiternum æuum canere, ô mi deus alme, laudes.*
Quid te igitur misellle
Absq; caussa discrucias ô anime, infremísque
Atque tumultuaris
In me? 6 an ille impos deus est, obsecro, ut adiuuare 6 Spera in deo quoniã adhuc cõfitebor illi, salutare uultus mei & deus meus.
Te nequeat? resume
Ergo uires, & recrea. Tandem etenim futurum est,
Si patienter ipse
Substines, ut rursus ei pro merito suo in me
Quas potero rependam
Gratias, quòd se ipse mihi pro domino deoq;
Gesserit, ac pro amicis
Perditis unus solidam contulerit salutem.

ARGVM. PSAL. 44.

Sunt qui ad tempora Babylonicæ captiuitatis, sunt etiã qui ad Antiochi & Machabæorum tempora hunc psalmum referant. prophetice de illis (siquidem à Dauide editus est) conscriptum: sed quia innocentia quam sibi hoc psalmo tribuit populus, neutri ætati conuenit, ad extrema tum flagitia deductis Iudæis, & uersiculum 22 Quoniam propter te mortificamur tota die &c. Paulus ad Roma 8 de ueris Iudæis & Israelitis, apostolis scilicet & primitiuæ ecclesiæ martyribus interpretatur. Mihi uidetur hoc psalmo prophetice introduci primitiuæ ecclesiæ fideles, & ipsi natione Iudæi aut ex Iudæis nati, certa fide Christiq; Iesu confessione uerissimi Iudæi, qui innumera dei beneficia ueteri populo exhibita recensentes, se derelinqui, & infideli populo opprobriũ fabulamq; esse conqueruntur, & ob suã innocentiam tandem à deo respici confidenter postulant. Aptus est psalmus ueris fidelibus & Christianis, ab infidelibus aut hæreticis ac prauo principe male tractatis.

Victori filiorum Core eruditio.

Psal. 44. Ode monocolos. Constans metro Asclepiadæo.

1 Deus auribus nostris audiuimus, patres nostri annunciauerunt nobis.

2 Opus quod operatus es in diebus eorũ, & diebus antiquis.

3 Manus tua gentes disperdidit, & plantasti eos & afflixisti populos, & expulisti eos.

1 Nostris auribus audiuimus ô deus,
Nobis à patribus tradita per manus
(Maiores etenim cuncta nepotibus
Narrauere suis) 2 quanta operatus es,
Quàmque ingentia ea ætate peregris,
Et quàm præterito tempore iamdiu
Miranda edideris. 3 nempe manus tua
Post idololatras sedibus è suis
Pulsos, pòst Chananæos penitus sua
Eiectos regione, atque ita funditus,
Vt spes de reditu nulla remanserit,
Nostros in locum eorum inseruit patres,
Terram illis tribuens planè habitabilem, &
Lacte ac melle fluentem: Vnde propagines

Expandêre suas, illicet & solum
Impleuere suo germine: 4 *nec tamen*
Hæc illi meritis attribuant suis:
Nam nullum gladij cuspide bellicâ
Regnum olim pepererunt, neque brachio
Euicere inimicos aliquando suo.
5 *At uis illa tuæ maxima dexteræ,*
Ac brachij una tui inuicta potentia, &
Vultus tam placidi lucida gratia
Isthæc præstitit ultro immeritis bona:
Non ob sanè aliud quàm quòd eis bene, &
Pulchrè affectus eras. 6 *ergo deus meus*
Quum sis, réxque meus, te merito colam:
Qui diris Iacob semper ab hostibus
Seruas. 7 *Quare etiam præsidio tuo*
Freti, hostilia coram agmina castráq;
Tuti despiciemus, neque quispiam est
Qui contra audeat insurgere, uel tuum
Conuicijs populum incessere: nam statim
In uirtute tua despicietur, &
Conculcabitur. 8 *haudquaquam itaque in meo*
Arcu, quamlibet illo solido ac bono,
Sperabo: neque enim unquam gladius meus
Me seruauit, & ullo eruit à malo.
Quòd si infesta aliqui castra coëgerint
Hostes, aut aliquo perdere nos modo
Tentarint, aliunde auxilium atque opem
Non quæsiuimus unquam nisi cœlitus.
9 *Quòd si quispiam erat, qui cuperet malè*
Nobis, nosq; odio prosequeretur: hinc
Contra ignominiam & dedecus abstulit,
Frustratusq; sua spe penitus fuit
Ac desiderio. 10 *ergo merito deum*

a *Vel. dilexisti eos.*

b *Vel perarabimus.*

4 *Nec enim in gladio suo possederunt terram, & brachium eorum non saluauit eos.*

5 *Sed dextera tua & brachium tuũ, & illuminatio uultus tui, quoniã a complacuisti in eis.*

6 *Tu es ipse rex meus & deus meus, qui mandas salutes Iacob.*
7 *In te inimicos nostros b uentilabimus cornu, & in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis.*

8 *Non enim in arcu meo sperabo: & gladius meus nõ saluabit me.*

9 *Saluasti enim nos de affligentibus nos, & odientes nos confudisti.*
10 *In deo laudabimur tota die, & in nomine tuo confitebimur tibi in seculum.*

Collaudemus, & omneis celebrem dies
Extollamus, & in perpetuum quoque
Pro tanto meritas munere gratias
Illi ipsi referamus. 11 *Sed enim tuam*
Quur olim eximiam magnificentiam
Expertos, medijs mi deus in malis,
Ipsóq; auxilij tempore deseris,
Ac nos abijcis! Haudquaquam etenim amplius
Iudæis, domini bella gerentibus
Adstas, nec te etiam exercituum facis
Nostrorum ipse ducem bellipotentium,
12 *Inde est quòd fugere, & turpiter hostibus*
Tergum uertere compellimur: & quibus
Infensi sumus hostiliter, ijs quoque
13 *Vilis præda sumus:* [e] *nil ouium gregi*
Illi dissimiles, quas lanius neci
Lectas segregat & deuo:et, atque uti
Si qua ex ijs lanij fugerit è manu,
Errabunda uagatur per agros: ita
Si nostrum superest à nece quispiam,
Gentes continuò spargis in exteras,
Nósque illis ut oues tradis & hostias.
14 *Venum præterea das populum tuum,*
Absque ullo precio, ulláue pecunia:
Quamuis omnibus illis ita uenditis,
Nequaquam auctior es uel locupletior,
Aut re ulla minima ditior: 15 *interim*
Verò ludibrio atque opprobrio sumus
Non nostræ modo uicinæ, at ethnicis
Longè in circuitu nostri habitantibus,
16 *Ostentúq; etiam & ridiculi omnibus,*
Ac moto capite illuditur undique
Nobis in populis omnibus ac locis.

11 *Nunc autem repulisti & confudisti nos: & non egredieris deus* [c] *in uirtutibus nostris.*

12 [d] *Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros, & qui oderunt nos diripiebant sibi.*

13 *Dedisti nos tanquam oues escarum, & in gentibus dispersisti nos.*

14 *Vendidisti populũ tuum sine precio,* [e] *& non fuit multitudo in cõmutationibus eorum.*

15 *Posuisti nos opprobrium uicinis nostris, subsannationem & derisum ijs qui sunt in circuitu nostro.*

16 *Posuisti* [f] *nos similitudinem gentibus, cõmotionem capitis in populis.*

[c] *Fel. cũ exercitibus nostris.*

[d] *Cha. fecisti ut uerteremus terga nostra hostibus sub nos.*

[e] *Cha. & non multiplicasti lucrum in cõmutatiõe eorũ.*

[f] *Fel. prouerbium.*

17 *Omni porrò uerecundia tempore*
Obuersatur & est ante oculos mea,
Et nostram pudor omnem faciem obtegit,
18 *Ob conuicia & opprobria quæ mihi,*
Qui me persequitur, turpiter exprobrat
Et mendaciter hostis: 19 *tamen omnia, &*
Longè deteriora grauioraq;
Afflicti patimur: nulla tui licet
Vnquam obliuio nos cœperit, aut tuum
Fœdus fregerimus. 20 *non etenim ad deos*
Conuersum est alienos, uel ad impia
Cor nostrum simulachra, aut aliud magis
Quàm te unum dominumq; & deum amauimus:
Nec defleximus, aut à solita uia ac
Recta iustitiæ semita & orbita
Declinauimus ullum hactenus in modum.
21 *Inter barbaricas interea tamen*
Gentes degere compellimur, inter &
Lustra horrenda, draconumq; cubilia
Tanquam mortis in umbra: neque enim admodum
Fortuna meliore hic sumus, aut magis
Æqua conditione, & potiore quàm
Cum serpentibus. 22 *atqui tolerabile*
Hoc utcunque, ferendumq; malum foret,
Si nos ulla tui obliuio, uel tui
Ignorantia nos nominis inclyti
Cepisset: uel ad extranea supplices,
Tanquam perfugium numina dexteras
Expandisse, aliumq; à domino deo
Implorasse aliquando ulla necessitas,
Aut ærumna coëgisset: 23 *at omnia*
Qui nouit deus abscondita cordis, &
Omnem planè animum nostrum habet in manu,

𝔤 Heb. ulto-ris.

h Hier. & Bal. mētiti non sumus.

i Hie. nec declinauerūt gressus nostri à semita tua.

x Hier. draconum.

17 Tota die uerecundia mea contra me est, & cōfusio faciei meæ cooperuit me.

18 A uoce exprobrantis & obloquētis, à facie inimici & 𝔤 persequentis.

19 Hæc omnia uenerunt super nos, nec obliti sumus te: & iniquè non egimus in h testamento tuo.

20 Et non recessit retro cor nostrū, & i declinasti semitas nostras à uia tua.

21 Quoniā humiliasti nos in loco x afflictionis, & cooperuit nos umbra mortis.

22 Si obliti sumus nomen dei nostri, si expandimus manus nostras ad deum alienum.

In nos iure suo inquirat, & illa si
Perpetrauerimus crimina, puniat:
24 *Contrà autem quia te unum colimus deum*
Omni tempore & hora, haud secus atque oues
Selectæ ad iugulandum, temerè ad necem
Ac passim in plateis ducimur. 25 *eia age*
Expergiscere tandem deus, ánne adhuc
Dormis ac mihi stertis? iam agedum obsecro
A somno euigila, nósque diutius
Ne tantis miseros destitue in malis,
Aut in perpetuum proijce. 26 *quur enim*
Auertis faciem, oblitus es infimæ
Nostræ pauperiei, atque mali illius
Quod tam durè agitat, nos quoque tamdiu
Obsessos miserè tot cruciat modis?
27 *Nam depressus humi langueo, & usque ade-*
o proiectus ago, ut repere cogar, &
Respectare solum instar silicernij.
28 *Surge ergo atque mihi suppetias deus*
Affer, de innumeris ut redimas malis:
Quòd si soluis & hinc eruis, uni ego
Acceptum bonitati referam tuæ.

Versio eccles.:

24 *Quoniam propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis.*
25 *Exurge quare obdormis domine? exurge & ne repellas in finem.*
26 *Quare faciem tuam auertis, obliuisceris inopiæ nostræ & tribulationis nostræ?*
27 *Quoniam humiliata est in puluere anima nostra, conglutinatus est in terra uenter noster.*
28 *Exurge domine adiuua nos, & redime nos propter [l] nomen tuum.*

[l] Heb. misericordiam tuam.

ARGVM. PSAL. 45.

Quod ad historiam pertinet, epithalamium describitur hoc psalmo à filijs Core nuptiarum Salomonis, et filiæ Pharaonis uxoris ipsius. Primum autem ab externis corporis bonis, forma, fortitudine et eloquentia: deinde ab internis animi, mansuetudine, ueritate ac iustitia laudat: demum à uestimentorum ornatu et ædium magnificentia. Postmodum ad sponsum conuerso sermone, regi morigera ut sit, et patriæ domus, parentumq; ut obliuiscatur monet. Et hæc quidem de historia. Quū autē sextum et septimū uersiculos Paulus ad Hebræos primo de Christo interpretetur, et Thargū similiter ac Iudæi multi de Messia psalmum exponant: censen-

dum est in persona Salomonis et uxoris ipsius, nuptiarum Christi et eius sponsæ ecclesiæ epithalamium prophetice describi: nec abs re forsan Christianæ piæque animæ cum Christo Iesu coniugium exprimitur. Valet psalmus ad confirmandā animarū nostrarū cū deo et Christo cōiūctionem.

Psalm. 45. Ode monocolos, constans uersu
Asclepiadæo catalectico, & ultimo glyconico.

1 Ructat mi animus nescio quoddam
E Lætum atque egregium carmen: & illa,
Quæ pridem meditor, cantica regi
Decantare cupit: semper enim ipsi
Quidquid siue loquor siue ego scribo,
Scribo & dico: nam & illi studium omne
Nostrum, atque omnem operam dedico. 2 nec iam
Quod mens atque animus dicere gestit,
Formido ut nequeat lingua profari.
Nam dictata animi tam facilè, atque
Tam promptè excipiet, q̄ stylus ullus
Scribæ, perceleri sit licet ille
Et prompto calamo, ac perfacili manu.
3 Supra omneis homines tu speciosus
Forma anteis reliquum uulgus honesta.
Nam diffusa tuis gratia labris,
Dicendíq; suauissima pettho
Toto sese etiam corpore spargit.
Quare in perpetuum te deus omni
Ornatum uoluit munere pulchro &
Diuino: 4 eia age fortissime princeps,
Atque heros ades ad bella paratus,
Et fido gladio accingere costas,
Nam te immensa manet gloria honorq;:
5 Quáq; ipse es specie, quáq; decoris

1 Eructauit cor meū uerbū bonum: dico ego opera mea reg.

2 Lingua mea calamus scribæ uelociter scribentis.

3 Speciosus forma præ filijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te deus in æternum.

4 Accingere gladio tuo super femur tuū potentissime.

5 Specie tua & pulchritudine tua intende prosperè, procede & regna.

Forma, i, ſume animum: nam tibi cedent
Læta ac proſpera cuncta. eia agedum ergo
Procede, imperij porrige fines
Atque extende tui. [6] nam quia uerax
Omni tempore, iuſtúſque fuiſti,
Manſuetúſque locis omnibus, idcirco
Iis uirtutibus inſtar ualidi atque
Fidi uectus equi, tutus ab omni
Incedes inimico: tuáq; illa,
Præclarum ut quid agas, dextra docebit:
Et quocunque locorum tibi eundum eſt,
Te deducet: ubi magnifica ipſe
Atque illuſtria ages inclytaq; acta.
7 Namque illis iaculis & præacutis,
Ac ſcindentibus utrinque ſagittis,
Quum transfixeris hoſtilia corda,
Proſtrati populi protinus omnes
Ponent colla tuæ ſubdita dextræ.
8 Ille autem thronus ô rex deus, illa
Sedes Chriſte tui maxima regni,
Cuncta in ſecula perdurat: & eius
Sceptrum, iuſtitiæ æquabile ſceptrum eſt.
9 At uerò quoniam quidquid & æquum, &
Iuſtum eſt ſemper amaſti: impietatem´q;
Odiſti deus, idcirco oleo te
Illo lætitiæ Chriſte perunxit
Cunctorum deus ille, & tuus idem,
Ante omnes ſocios atque ſodales,
Conſortésq; tuos. 10 Quid tua uerò
Veſtimenta canam? Nil niſi myrrham,
Nil ſpirant aloen præter, & illam
Fragrantem caſiam, nil niſi ſtacten.
Iíſque ex ædibus inſtructus eburneis

6 [a] Propter ueritatē & manſuetudinē, & iuſtitiā & [b] deducet te mirabiliter dextera tua.

7 Sagitta tua acutæ, populi ſub te cadent, in corda inimicorum regis.

8 Sedes tua deus in ſeculū ſeculi, [c] uirga directionis uirga regni tui.

9 Dilexiſti iuſtitiā & odiſti iniquitatē, propterea unxit te deus, deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.

10 Myrrha & [d] gutta & caſia à ueſtimentis tuis à domibus eburneis, ex quibus delectauerūt te filiæ regum in honore tuo.

a Fel equitis ſuper uerbum ueritatis.
b Hier. docebit te terribilia.

c Hier. ſceptrū æquitatis.

d Hier. ſtacte. Fel. Aloes.

Quandocunque loca in publica prodis,
Tot regum soboles illa, puellæ
Circum te innumeræ munificentijs
Omni ex parte tuis splendidæ & auctæ
Argumenta tibi plurima præbent
Oblectandi animi. 11 *Deinde etiam illa,*
Illa inter reliquas præcipua uxor
Et regina, nitens uestibus aureis,
Ac cultu uario circumamicta:
Quæ nunquam lateri fert tuo abesse.
12 *Recte uerò agis ô filia, quare*
Si me audis, in eum sollicita unum
Intendes, & ei morigeram te
Præbebis. Vide age & prospice, ut illi
Quantumcunque uales, qualibet in re
Soli complaceas semper & uni:
Et gentemq; tuam, ædésque paternas
Obliuiscere: 13 *sic denique fiet*
Vt forma ipse tua captus, in illam
Currat deperiens. ne tamen ipsum
Vulgarem esse putes quempiam amatorem, sanè tuus est deus & rex:
Dignus quem studijs omnibus & tu
Et gentes uenerentur simul omnes.
14 *At uerò Tyrus, & qui preciosas*
Merces inde uehunt, optima quæque,
Vt tecum ualeant gratiam inire,
Certatim tibi conferre studebunt:
Quíq; omni ex populo sunt opulenti,
Et dites præ alijs dona rogantes
Instabunt sua, fronte excipias, ut
Læta ac uultu hylari, & pectore grato.
15 *Et quamuis tuus hic regia sponsa*

e Heb. adora. uel adorabis.

f Vniuersa urbs Tyri.

g .i. intrinsecus.

h Heb. uestibus phrygiarũ siue scutulatis.

11 *Adstitit regina à dextris tuis in uestitu deaurato, circũdata uarietate.*

12 *Audi filia & uide, inclina aurẽ tuã, obliuiscere populũ tuũ & domum patris tui.*

13 *Et concupiscet rex decorẽ tuũ quoniã ipse est dominus deus tuus, & e adorabunt eum.*

14 *Et f filiæ Tyri in muneribus, uultũ tuum deprecabũtur omnes diuites plebis.*

15 *Omnis gloria filiæ regis g abintus, in fimbrijs aureis circumamicta h uarietatib. &c.*

Permagnus decor externus, & ingens
Planè gloria sit, uestibus aureis
Claram incedere: ueruntamen omnem
Externum exuperat gloria cultum,
Illa inquam interior gloria, quæ te
In palatia secreta receptam
Atque interna manet: quo tibi fas est
Vni intrare. sed ô quàm decet illa
Te uestis Phrygia atque aurea limbos,
Qua sponsi in thalamum, regis & aulam

16 ¹ Adducētur regi uirgines post eã. ˣ proximæ eius afferentur tibi.

Vestita ingrediêris: 16 neque uerò
Sola aut incomitata: illò etiam te
Deducent sociabuntq́; puellæ
Hinc inde innumeræ: cumq́; triumpho
Castis ijs sociata & speciosis

17 Adducētur in lætitia & exultatione, adducētur in ˡ tēplum regis.

Ad te uirginibus sponsa tua ô rex
Adducetur, 17 & unà chorus omnium
Illarum penitus usq; tuas in
Ædes, & thalamum illum genialem: at
Vnà cum choreis, lætitiaq́; &
Plausu incredibili. gaude igitur iam,
Nec te pœniteat regia coniux,
Quòd longo spatio abiuncta parentes,
Affinésq; tuos deseruisti.

18 Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnem terram.

18 Te pulchra en faciet prole parentem
Rex sponsusq́; tuus, quæ tibi patris
Ac matris loco erit: quiq́; futuri
Ex illo tibi filij, omnibus illos

19 Memor ero nominis tui in omni generatione & generationem.

20 Propterea confitebuntur tibi populi in æternũ, & in seculum seculi.

Orbis præficies partibus. 19 interim uerò ipse tuum posteritati,
Ætatiq́; sequenti memorabo
Nomen, sicq; mea laude feram, 20 ut te
Æternùm populi concelebrent, &

¹ Heb. in singulari legunt adducetur, & iungunt præcedentibus. In uestibus Phrygianis adducetur ad regem: & post eã uirgines.
ˣ Proximæ nomen est. i. amicæ & sodales eius adducētur tibi.
ˡ Heb. in thalamũ, uel palatium.

Si quidquam esse potest præterea, ultra.

ARGVM. PSAL. 46.

Gratulatio habetur hoc psalmo de auxilio urbi sanctæ Hierosolymorũ lato: et hinc confidit fore propheta ut protectore deo secura deinceps à bellis quiescat. Spirituali tamẽ Hierusalem, sanctæ scilicet ecclesiæ quies per Christũ data intelligi potest προφητικῶς à Dauide prædici, quæ uel si uniuersus in eam commoueatur orbis defensore et protectore deo tuta sit permansura. Conueniens et congruũ est psalmus ad consolandam aduersus hæreticorum et paganorum aliorumque hostium persecutiones ecclesiam.

Psal. 46. Ode dicolos tetrastrophos, constans tribus prioribus metris asclepiadeis, & quarto glyconico.

1 *Robur meum & ô perfugium unicum:*
O *In magnis quoties ipse periculis,*
Aut discrimine uitæ meæ in ultimo
Supplex ad tua numina
Fugi, præsidium nonne ego protinus
Ipso in tempore sensi adfore! non statim
Adiutore deo te, & domino meo,
Totq; & tanta pericula
Euasi innumeris liber ab hostibus!
2 *Quapropter mihi contingere, quæ mihi*
Posthac accidere aduersa queant, meum
Vt frangant animum, atque me
E spe deijciant! quidnam ego, non semel
Tot tamq; innumeris erutus è malis,
Formidare queam! nil penitus: graui ut
Ventorum impete concuti
Tellurem ac tremere, aut in medio mari
Saxa ingentia nutare labareq;

a Heb. auxiliũ in tribulationibus inuentus es ualidum & præsentissimũ

1 Deus noster refugiũ & uirtus, a adiutor in tribulationibus quæ inuenerunt nos nimis.

2 Propterea nõ timebimus dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris.

3 b Sonuerunt & turbatæ ſunt aquæ eorũ. conturbati ſunt montes à fortitudine eius.

b Hier. Sonātibus & intumeſcentibus gurgitibus eius .ſ. maris. & concitatis montibus in potentia eius.

Contingat, 3 uel aquas ſic ſtrepere accidat,
Fluctúſque in medio æquore
Inflari ac fremere, ut littora proxima
Colliſu liquefacta illico diffluant:
Quin ſi tanta maris ſit uiolentia,
Vt montes etiam editos
Vndarum exagitet fluctibus, haud tamen
Formidabo, mouebórue meæ è gradu
Conceptæ ſemel unum in dominum ſpei.
Sic res indubiè ſe habet.

4 c Fluminis impetus lætificat ciuitatẽ dei: ſanctificauit tabernaculũ ſuũ altiſsimus.

c Heb. Fluminis riuuli lætificāt ciuitatẽ dei ſanctã tabernaculorum altiſsimi, ut ſit appoſitio.

4 Nam pro terribili gurgite fluctuum,
Qui diuinæ inimicos ſapientiæ
Abſorbebit, amœniſſima flumina
Perleni ac placido impetu
Diſtincta in uarios undique riuulos,
Sanctã urbem Solymorum, & domini dei
Anguſta exhilarabunt habitacula:
Illa immenſa uidelicet
Sancti ac munifici munera ſpiritus,
Queis blando ueluti flumine ciuitas
Sacroſancta dei perluitur, ſua inquam
Illa eccleſia gratijs

5 Deus in medio eius nõ cõmouebitur adiuuabit eam deus mane diluculo.

Donata innumeris: 5 nam deus in medio
Eius præſidet, & curat, ei mali
Ne quidquam ueniat, néue aliquo modo
Nutet: quin & ei quoque
Si qua re indigeat, ſiquid opus ſua
Illi ipſi ſit ope atque auxilio: antequam
Ipſum mane nouum illuxerit, illico
Præſens auxiliabitur.

6 Cõturbatæ ſunt gentes, & inclinata ſunt regna dedit uocem ſuam & mota eſt terra.

6 Olim aduerſus eam, atque in populum dei
Cum magno ſtrepitu, & cum fremitu graui
Gentes infremuere, & ſtatim ad horribi-

lem uocem domini dei,
Collapsa imperia & præsidia optima.
Orbis quin etiam cum strepitu suo
Prostratus cecidit:totaq; protinus
Tellus ut nebula in nihi-
lum uenit. 7 *Quid erit tandem igitur mihi*
Formidandum, ubi me ille omnipotens deus
Ille exercituum inquam dominus deus
Duro tempore & aspero
Quæcunque acciderint, protegit, & stat à
Nobis ille Iacob sollicitus deus!
8 *Lustrate eia agedum, ac mente reuoluite,*
Quàm magna atque stupenda sint
Quæ patrauerit in terra opera omnia,
Hostiles in eremum penitus plagas
Vertit, quò populus tuto habitet suus.
9 *Bellorumq; tumultibus*
Extinctis, ne aliqua ex parte resurgerent,
Arcus fregit, & arma omnia bellica
Contriuit: sed ita ut nulla foret super
Nostris hostibus hasta, nec
Quadriga, unde animos erigerent: ea
Nam flammis deus escas dedit omnia, &
Incendit penitus. 10 *Nunc igitur meos*
Tot uexare molestijs
Cessate: ac potius mente reuoluite
Quantus sim deus inter populos, meamq;
Iram tandem aliquando irreuocabilem
Formidate, uideteq;
Quanto robore contriuerim, & hostium
Vires armaq; deleuerim, & ignibus
Ac ferro dederim, hæcq; omnia pectore
Vestro condite, quiq; ego

d Hie. quantas posuerit solitudines, siue desolationes.

e Heb plaustra i. currus bellicos.

f Hier. Cessate & cognoscite.

7 *Dominus uirtutum nobiscum, susceptor noster deus Iacob.*

8 *Venite & uidete opera domini d quæ posuit prodigia super terram, auferens bella usq; ad finem terræ.*

9 *Arcum conteret & confringet arma, & e scuta comburet igni.*

10 f *Vacate & uidete quoniam ego sum deus, exaltabor in gentibus & exaltabor in terra.*

Sim perpendite: nam non fuit unquam, eritue ullus me omnipotenti domino ac deo
Toto orbe, aut aliqua usquam regione, uel
Vlla in gente potentior.
11 *Exultabimus ergo, quia stat deus*
A nobis, nec erit quem timeamus, ubi nos protegit exercituum deus,
Praestans ille Iacob deus.

ARGVM. PSAL: 47.

Quanquam historia psalmi aggratulationem contineat populi factam, quum arcam foederis in templum dei magnificè à se extructam Salomon induxit: haec tamen in figura Christi Messiae facta sunt, qui precioso sanguine suo dedicata sancta ecclesia, & gentilibus à daemonum seruitute liberatis ac sibi subiectis, in caelum gloriosus ascendit. Vnde ad illi psallendū hoc psalmo fideles inuitantur. Conueniens est psalmus in dedicatione ecclesiae,

Psal. 47. *Ode dicolos tetrastrophos, constans tribus primis metris sapphicis, quarto Adonico.*

1 *Omnes gentes plaudite manibus, iubilate deo in uoce a exultationis.*

1 *Votquot ô gentes habitatis orbem,*
Q *Inuicem exultate, manusq; uestras*
Mutuo complodite: nec sit ullum
Interioris
Gaudij signum, quod aperta non uox
Canticis sanctis domino canendis
Explicet pro uiribus, atque captu,
Exteriusq;
Promat. [a] *en summus deus ac tremendus,*
Cui mari terráq; data est potestas,
3 *Subdidit nobis pedibúsque nostris*
Relligionis

a *Hic laudis.*

2 *Quoniā dominus excelsus terribilis, rex magnus super omnem terram.*
3 b *Subiecit populos nobis & gentes sub pedibus nostris.*

b *Hic congregauit populos subter nos. Vel, comprimet.*

Nescias gentes, & inania illa
Dæmonum tantum simulachra habentes,
a Heb. gloriã uel magnificẽtiam.
4 *Nosq; consueta bonitate tandem*
Ac pietate, — *4 Elegit nobis hæreditatem suã, c speciẽ Iacob quã dilexit.*
Fecit hæredes opulentioris,
Quàm sit in terra, imperij: memorq;
Vnicæ dilecti Iacob, uel eius
Vnius ergô,
Nos suam in sortem patrimoniũ mue
Vnicum elegit: 5 *simul atque uerò* — *5 Ascendit deus in iubilo, dominus in uoce tubæ.*
(Nos ubi curasset) in æthera ascendebat, ouanti
Iubilo totus resonabat aër.
Hinc tubæ, hinc fortes litui sonabant:
Hinc dei summi modulis canoris
Classica laudes
Personabant. 6 *ergo agedum deum omnes* — *6 Psallite deo nostro, psallite regi nostro, psallite.*
Canticis uestris celebrate: rursum
Canticis regem celebrate, rursum illum celebrate.
7 *Nempe cunctorum deus ille rex est,* — *7 Quoniã rex omnis terræ deus, psallite sapienter.*
Totiusq; orbis, sapienter orbis
Ergo ei tanquam domino uniuersi
Pangite psalmos.
8 *Non enim Iudæa modo, sed omnis* — *8 Regnauit deus super gentes, deus sedet super sedem sanctam suam.*
Totius mundi regio & plaga, ipsi
Subiacet: gentésque suo coherceat
d Heb. cũ populis dei Abraham.
Imperio, omnes
Prorsus augusto è solio, sacráq;
e Vel. quoniã dei protectores terræ. i. dei est protegere terrã, nimis exaltatus est, sub. deus.
Iudicans è sede prout uidetur
Sanctitati ipsius & æquitati. — *9 Principes populorũ congregati sunt d cum deo Abrahã, quoniã dij fortes terræ uehementer eleuati sunt e.*
9 *Hinc populorum*
Principes illi sua subdiderunt

Colla, ſeq; omnes ſimul aggregarunt,
Et deo magni patris Abrahami
Sponte dederunt
Nomen, aduerſus nimis eleuatos
Optimates: omnibus ijs enim ſe
Præſtitit longè deus altiorem,
Inferiores
Continens ſub ſe, gradibusq; poſt ſe
Quoſque terrarum dominos relinquens
Pluribus, proni ut uenerentur illum &
Denique adorent.

ARGVM. PSAL. 48.

Conſtat de inſigni quapiam uictoria congratulationem hoc pſalmo contineri, quum in obſidionis periculo eſſet Hierufalem, nonnullis placet de uictoria Ioſaphat intelligi, alijs de uictoria David contra Syros, Ammonitas, et Ædomitas. alijs cõgratulatio eſſe uidetur populi è captiuitate Babylonica Hieruſalem reuerſi. Certè ſub typo terreſtris Hieruſalem ſpiritualis Hieruſalem Chriſtianæ eccleſiæ per Meſſiã protectio hic deſcribitur, cuius poſt tot gentium inſultus expertaſit eccleſia miſericordiam. Quapropter ad exultandũ deumq; laudandũ hoc pſalmo fideles admonentur. Valet pſalmus ad congratulandum deo, de parta aduerſus inimicos uictoria.

Pſal. 48. Ode tricolos triſtrophos, conſtans, [1] uerſu Glyconico, [2] Aſclepiadeco, [3] Alcaico.

[a] Hie. ſpecioſo germine gaudio uniuerſæ terræ, monti Sion, lateribus aquilonis ciuitatula regis magni. ſic uerti dilucidius.

2
M Agna eſt indubiè dei
Noſtri gloria lausq; innumerabilis
Decantanda ſacris carminibus, maximè ab
Qui ſanctam ipſius incolunt (omnibus
Vrbem, quiq; habitant illius inclyto &
Sancto in monte. [a] ſed ô præ omnibus orbis regionibus

2 Magnus dominus & laudabilis nimis, in ciuitate dei noſtri in monte ſancto eius.
3 [a] Fundatur exultatione uniuerſa terræ mons Sion, latere aquilonis, ciuitas regis magni.

Perelegans regio eſt mons Sion, ad latus aquilonis expoſitus, gaudiũ uniuerſæ terræ ciuitas regis magni.

Quoquouersum oculos tuos
Conuertas, locus & clima perelegans,
Terrámq; exhilarans, montis eam parte Sionij
Quæ spectat boreæ latus,
In qua magnificè regia ciuitas
In cælum caput ob tecta superba atq; palatia
Miranda erigit [3] ille ubi — 3 Deus in domibus eius b cognoscetur, cum suscipiet eam.[3]
b Heb. agnitus est in auxiliando. — *Se regem & dominum præstitit ac deum*
Insperabile quum in tempore & ipso articulo suis
Præsto subsidium tulit,
4 Vim robúrq; suum, atq; arma parantibus — 4 Quoniam reges terræ congregati sunt, c conuenerũt in unum.[3]
Aduersus domini urbem & populũ regibus: illi enim
c Fel. transierunt simul. — *Voto consimili & pari*
Perdendi studio, ijsdémq; animis tuum
Aduersus populum arcémq; tuam & castra Sionia,
Collecto simul agmine
Tentorijsq; suis [5] mœnia protinus — 5 Ipsi uidentes sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt, tremor apprehendit eos.
Vt uidêre, abierunt: etenim sic tua terruit
Illos gloria, ut omnibus
Diffisi auxilijs, mox caperent fugam,
Confractis animis, atq; metu, horroréq; territis,
Sícq; apprendit eos timor,
Vt toto tremerent corpore: nec modo
d Hier. in uẽto uredinis. Fel. in uento notho. alij in uento oriẽtali. — *Membrorum tremor illos, [6] sedenim & parturiẽtiũ* — 6 Ibi dolores ut parturientis, in d spiritu uehementi[3] conteres naues Tharsis.
Non longe absimilis dolor
Angórq; attonitos corripuit, suam
Illam urbem domino à barbaricis & trucibus uiris
Defendente, inimicáq;
In partes uarias frustáq; plurima
Dispergẽte procul castra, uelut quum uehemens notus
Irato flat in æquore, &
Omnes comminuit quas habet obuiam,
Illidens scopulo aut syrtibus altè horrisonis rates.

7 Sicut audiuimus, ſic uidimus in ciuitate domini uirtutum, in ciuitate dei noſtri, deus fundauit eam in æternum.

7 Vtq; olim audiimus fore,
Dum nobis recitant illa nepotibus
Patres, ſic etiam uidimus iſtis oculis, deo
Curæ arcem eſſe Sioniam, &
Curam ſuſcipere ipſum nimis anxiam,
Illiuſq; ſuæ urbis populiq;: omnipotentis eſt
Nempe illa inclyta ciuitas,
In qua exercituum unus colitur deus,
Miranda ille ubi patrauit, inauditaq; tempore
Longè præterito antea:
Quam cuſtodiet in perpetuum ſtabilémq; olim faciet, ne titubet. 8 nos igitur deus
In templo eximio tuo,
Atque aulæ in medio ſuſcipimus tuæ
Iampridem meditati bonitatem egregiam tuam,

8 a Suſcepimus deus miſericordiam tuam in medio templi tui.

a Hier. Aeſtimauimus. Vel. expectauimus uel animo percepimus.

9 Ex quo agnouimus haud ſecus
Ac de te ueterum fama patrum fuit,
Reſpondere tuo acta inclyta & illuſtria nomini,
Quæ laudem parient tibi
Nunquam intermorituram, ſed in omnibus
Terræ finibus omni celebrem tempore: nam tua
Plena eſt iuſtitiæ manus,
Nec quicquam niſi iuſtè facis ac bene.

9 Secundum nomen tuum deus ſic & laus tua in fines terræ: iuſtitia plena eſt dextera tua.

10 Gaudebunt igitur gaudia, qui montem habitant Sion,
Ipſumq; Iſacidum genus
Exultabit ob illa eximiæ tuæ
Virtutis monimenta, omnibus ut qui tribuas malis
Iuxta commeritum mala, &
Iuſtis pro merito præmia. 11 uos age
Ergo omnes homines quotquot amatis dominum & deum,
Excelſa illa Sionia
Toto in circuitu mœnia cingite
Et circundate, turres numerate illius: 12 atque opus

10 Lætetur mons Sion & exultent filiæ Iudæ, propter iudicia tua domine.

11 Circundate Sion & complectimini eam, f narrate in turribus eius.

12 g Ponite corda ueſtra in uirtute eius, & diſtribuite domos eius, ut enarretis in progenie altera.

f Heb. numerate turres eius.

g .i. animum aduertite ad murum & antemurale ac propugnaculum eius.

Illud magnificum dei
Contemplamini, & ut maxima mœnia
Admirandáq; sint ipsius & cælsa palatia:
Quò uestris quoq; posteris
Enarrare, & eis scripta relinquere
Possitis: 13 deus est iste etenim noster, & omnium: 13 Quoniam hic est deus deus noster in æternum, & in seculum seculi, ipse reget nos in secula.
Vtq; olim à puero suos
b Hier. ipse erit dux noster in morte. Fel. ipse diriget nos per iuuentutem, uel usq; ad mortem. *Rexit iugiter usq; ad senium ultimum,*
Sic perducet, & in perpetuum nos quoq; diriget.

ARGVM. PSAL. 49.

Inuitatis ad audiendum fidelibus, stultum auarorũ hominum studium, insanamq; fiduciam nobis ponit ob oculos, quos tamen neque formidini, neque admirationi pijs esse debere ostendit: nempe q brevi, pijs seruatis interituri sint impij. Valet unicè psalmus ad comprimendam auarorum hominum philargyriam, et consolandam humilium ac pauperum tenuitatem.

Psal. 49. Ode dicolos distrophos, constans ijsdem uersibus quibus psal. 12.

1 *Vdite ô gentes hæc omnia, quotquot uniuerso* 1 Audite hæc omnes gentes, auribus percipite omnes qui habitatis a orbem.
A *In orbe uitam trahitis, & patentem,*
a Hier occidentem Fel tempus. *Ad q̃ dicturio nũc paucula uerba, cõmodate*
Aurem: 2 *huc adeste omnes, meámq; uocem* 2 b Quique terrigenæ & filij hominum, simul in unũ diues & pauper.
b Hie. Tã filij Adã quàm filij singulorũ. Fel. tam filij Adã quàm filij uiri. i. tã plebeij quàm nobiles. *Vulgares homines, & uos quoque qui ualetis ulla*
Auctoritate, & diues atque egenus
Nunc audite: etenim uobis sapienter ipse plura 3 Os meum loquetur sapientiam, & meditatio cordis meĩ prudentiam.
Edisseram loquárq;: mens mea autem
Prudentum uerbis affinia uerba cogitabit,
4 *Atque ad parœmias mei applicabo* 4 Inclinabo in parabolam aurẽ meã, aperiam c in psalterio propositionem meam.
c Heb. in cithara ænigma meum. *Aurẽ aciem'q; animi, & citharæ modulis meæ sonoris*

Ænigmata obſcura explicare nitar

5 Cur timebo in die mala? iniquitas calcanei mei circundabit me,

Multáque prudentũ dicteria. 5 Sed quid ipſe poſsim
Aſpro timere tempore ac ſiniſtro?
Circum me inſidias ac retia prauitate pleni
Hoſtes tetenderunt mei: ſed illi

6 Qui confidunt in uirtute ſua, & in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur.
7 d Frater non redimit: redimet homo? non dabit deo placationem ſuam.

Quàm modicum poſsint attendite: 6 quiq; gloriantur
Poſſeſſionum infinitate inani,
Diuitiiſq; ac robore corporis, 7 eſt ne quæſo quiſq̃
Omnino eorum qui periclitantem
(Quanq̃ præualido ſit corpore) liberare poſſit
A morte quanq̃ ſit uel ille frater,
Aut placare deum poſſit quo q;, quominus ſit illi

d nemo poſſet etiam propriũ fratrem à morte redimere, quantumcunque precium pro redemptione eius dederit. e precioſa eſt redemptio animæ alicuius.

8 e Et precium redemptionis animæ ſuæ? & laborabit in æternum, & uiuet adhuc in finem.

Mori neceſſe? 8 multi enim precij, nec
Res facilis communi abſoluere lege mortis, æuo
Vt perpeti uiuat, nec ulla prorſum
Carnis eum attingat corruptio, nempe ſolus ille eſt
Corruptionis filius dei expers:
Qui ſolus potis eſt de faucibus inferorum & ore
Quemcunque uult, quoties ei uidetur
Eruere, & uitam æternam dare, cæteros oportet
Illi uniuerſæ ſubiacere legi

9 Non uidebit interitum, quum uiderit ſapientes morientes: ſimul inſipiens & ſtultus peribunt.

Mortis: q̃q̃ & in æternum quoque uiuit impius: 9 ſed
Ita, ut uolens non poſſit interire.
Nil ergo refert ſapienſne ſit, ánne ſtultus atque
Indoctus & bardus, quod uniuerſam
Attinet ad carnis legem: quoniam unus æquè & alter

10 Et relinquent alienis diuitias ſuas, & ſepulchra eorũ domus illorum in æternum.
11 Tabernacula eorum in progenie & progenie, uocauerũt f nomina ſua in terris.

Simul peribunt: 10 & ſuas relinquent
Diuitias alijs: nec quidq̃ aliud referre ſecum
Præter cadauer putridum ualebunt.
11 Quãq̃ magnifica illa habitacula, ſplẽdidaſq; ſperẽt
Ædes in æternum ſuas, & illa
Pinguia perpetuum patrimonia poſſidere, famæ
Plus conſulentes q̃ ſuæ ſaluti.

f Heb. nominibus ſuis terras ſuas.

Quare etiam & terris sua nomina, quas sibi pararũt
Per fas nefásque indunt, ob id putantes
Se fore perpetuos. 12 *Sed enim fieri nequit modo ullo*
Vt ijs diutius bonis fruatur,
Sitq; diu in precio, qui primũ in honore, nẽpe ad illã
Formam atque imaginem dei, creatus,
Non intellexit q̃ obnoxius atque nexus illi
Foret, nec egit gratias ei: sed
Ingratus, soli sibi fidere cœpit: inde verò
Amentibus mulis equísue compar,
Quippe sine ullo iudicio, occidit, haud secus q̃ ea absq;
Spe ulla resurgendi ad beatitatem.

g Heb. & homo non permanebit in precio & honore: perinde ac iumenta inhonora occidet.

12 g Et homo quũ in honore esset non intellexit. ¹ comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.

13 *Illorum verò studium mera vanitas, eámq;*
Sui sequuntur liberi ac nepotes,
Stultitiámq; parem: q̃ q̃ hæc via sit futura eorum
Ruina, cunctorúmq; posterorum,
14 *Qui ceu grex oviũ abducẽtur ad inferos, ubi illos*
Æterna mors depascet atque rodet,
15 *Mane autem q̃primum illuxerit illud, ad beatam*
Quando resurgent perpetẽmq; vitam
Iusti æquiq; colentes, protinus omnium impiorum
Vis, & superba gloria atque fastus
Occidet, ac formæ species veterascet, & beatam
Vitam putantes atque sempiternam
Vivere, magnifica illa palatia regio supráq;
Quum struxerint luxu, una pro omnibus iam
Soláque eis super inferni domus est, ubi peribit
Spes omnis illorum atque gloria omnis
16 *A me autẽ primũ ut steterit deus, inferorũ ab ore*
Et de barathri fauce liberabit:
17 *Tu verò ne quid metuas, neque prorsus extimescas,*
Si fortè ditescat, supra modúmq;
Impius augescat, sitq; illius universa multis

h Heb. hæc via illorum insipientia, et posteri in ore eorum current. i. hoc eorum institutum ab insipiẽtia proficiscitur, in quod institutũ toto ore currũt eorum posteri, hoc est enim quod ait in ore eorũ current. i. eorũ dicta & instituta omni conatu sectabuntur.

13 h Hæc via illorũ scandalum ipsis, & postea in ore suo complacebunt.

14 Sicut oves in inferno positi sunt, mors depascet eos.

15 Et dominabuntur eorum iusti in matutino, & ¹ auxilium eorum veterascet in inferno à gloria eorum.

16 Verũtamen deus redimet animã meã de manu inferi, quũ acceperit me.

17 Ne timueris quũ dives factus fuerit homo, quum multiplicata fuerit gloria domus eius.

18 Quoniam quum interierit non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius.

19 Quia anima eius in uita ipsius benedicetur: confitebitur tibi quum benefeceris ei.

Modis adaucta gloria: ille nempe
Istorum penitus secum nihil auferet: neq; ulla
In morte euntem ad inferos sequetur
Gloria: 19 sed tunc arbitrabitur esse se beatum,
Ventri & gulæ quum indulserit, cutémque
Molliter & lautè curauerit: atque ubi omnia illi
Indulseris quæcunque concupiscet,
Tum summis te laudibus efferet, euehétq; in astra:
Quúmque ille communem uiam suorum

20 Introibit usque in progenies patrũ suorum, & usque in æternum nõ uidebit lumen.

20 Ingressus patrum fuerit, spoliatus hócq; sole
Priuatus, æternis sepultus atque
Immersus tenebris (quæ maxima pœna) luce deinceps
Nulla fruetur, nec beatitate.

21 Homo quum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipiẽtibus, & similis factus est illis.

21 Sic qui erat in precio quondam atque in honore,
nempe ad illam
Formam atque imaginem dei creatus,
Non intellexit quàm obnoxius atque nexus illi
Esset, nec egit gratias ei, sed
Ingratus soli sibi fidere cœpit: inde uerò
Amentibus mulis equísue compar,
Quippe sine ullo iudicio, occidet haud secus q̃ ea absq;
Spe ulla resurgendi ad beatitatem.

ARGVM. PSAL. 50.

Vocatio et gentium et omnium uniuersim ad complectendum euangelium, per Messiam faciẽda, hoc psalmo describitur: simul legalium sacrificiorum, quæ iam Christo nõ placeant, cessatio: quorum loco subrogatæ sint laudum hostiæ: à quibus peccatores et impios propheta arcet, quorum mores et ingenium graphicè depingit. Valet psalmus ad cohortandos ad dei laudem pios, et ad impios deterrendos.

Psalm. 50. Ode dicolos distrophos, constans priore metro iambico trimetro catalectico, altero dimetro trochaico catalectico.

1 DEus potens & fortis, ille quondam
Qui locutus est suis
Tot támq; diuersis modis, ut ipsos
Contineret in uia
Recta ac bona, tandem nouissimo æuo
Filio locutus est
Nobis palàm internuntio ac sequestro:
Nec modo locutus, at
Terram quoque omnem 2 ab ortu ad occidentem
Per suos apostolos,
Et quotquot incolunt eam, aduocauit,
Vt reduceret suum in
Ouile dispersos greges, ouémq;
Iamdiu per auia
Palantem, & errantem atq; perditam omni
Anxius requireret
Cura & labore. Illa elegante uerò
Arce de Sionia
Locutus, hinc cum lege gratiosa
Clarus atq; splendidus
Exiuit: ut quicunq; fidere ipsi,
Aut eum sequi uolet,
Lumen sequatur illud præuium: 3 quod
Si quis insequi abnuit,
Armatus iracundia & furore
Præsto mox erit, neq;
Tardabit: & q̃q̃ diu uidetur
Interim morarier,
Adest tamen, pulsátq; ad ostium, nec

1 Deus deorum dominus locutus est, & uocauit terram.

2 A solis ortu usque ad occasum, a ex Siō species decoris eius.b

a Hier. de Siō perfecto decore deus apparuit. Fel. Ex Sion perfectæ pulchritudinis, deus splendidè apparuit.

3 Deus noster manifestè ueniet, deus noster, & non silebit.

4 Ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas ualida.

Se ipse continebit: 4 ac
Ignis uorax uultum ipsius praeibit.
Atque aduret omnia
Quaecunque coram se obuiámue habebit.
Quum tremendus omnium
Iudex ueniet: ac tunc eum procella &
Turbo magnus ambiet.

5 b Aduocauit caelũ de sursum, & terram c discernere populum suum.

5 Et quum suo ille iudicans sedebit
In throno, uocabit ut
Testes sibi adsint, illud è supernis
Caelum, & ipsam ab inferis

b Heb. Aduocabit.
c Heb. ut iudicet.

6 Congregate illi sanctos d eius qui ordinant testamentũ eius e super sacrificia.

Terram: 6 aggregamini, inquiens, mihi omnes
Qui mei estis, & deum
Amatis ac ueremini, atq; mecum
Foedus integerrima
Ictum fide seruatis, immolata ad
Roborandum & omnibus
Illud modis uiisq; sanciendum
Victima & sacra hostia:

d Heb. meos, qui percutiũt foedus meum.

7 Et annuntiabunt caeli iustitiam eius, quoniã deus iudex est.

7 Quumq; hoc modo omnes ille iudicarit,
Praedicabitur deus
Vel teste caelo iustus integérq;

8 Audi populus meus & loquar: Israel, & testificabor e tibi deus deus tuus ego sum.

Arbiter. 8 Sed accipe
O gens mea atq; attende, mens quod uni
Dicturit tibi mea.
An non tibi planè Israel probabo
Esse me deum tuum,
Quem tot modis, tam saepe, tam benignum expertus es tibi adfore?

e Heb. in te.

9 Non in sacrificijs tuis arguam te, holocausta tua in conspectu meo sunt semper.

8 Nunquando uerò ꝙ mihi hostias, &
Victimas quieueris
Offerre & immolare, duriùs te
Reprehendi & argui?

3 Sed & nocere mauis,
Quàm prodesse : loqui falsa & mendacia, q̃ quæ
Sunt uera & æquitati
[c] Hier.ad deuorandum. Ecc. depressionis. Iŭcta:4 dolos,fraudes,& quidquid perniciẽ adfert,
Linguamq́; fraudulentam,
Et mala habes (semel ut dicam) gratissima cuncta.
5 Quapropter & deus te
Funditus euertet iustissimus,& male perdet:
Velutq́; noxiam herbam
Viuorum è terra radicitus eruet,ac te
Tuósque posteros ex
Æde tua sic eruncabit,ut inde superstes
Patri impio atque nequam
Nemo sit gnatis ex pluribus: [d] ídq; colentes
Iusti,ac dei timentes
[d] Heb deest. Quum primum saerint,ob iusti iudicis iram,
Et horridam ultionem
Cum terrore illum reuerentes ac uenerantes,
Molimina impij illa
Ridebunt,& subsannantes consimili illum
Sermone persequentur:
En est ille suam domino qui spreuit in uno
Fiduciam locare,
[e] Heb. insidijs uel prauitate. Spemq́; suam: 7 qui diuitijs per fasq; nefasq;
Quoquomodo aggregatis
Aduersum iustos sibi cuncta licere putauit,
Seu fraude,seu ui: & isto
Fisus præsidio,insidijs se credidit esse
Et prauitate fortem,
Ac contra innocuos istis se muniit armis
Et roborauit. 8 ille
Ipse autem bonitate tua qui nitor, & illi
Confido soli & uni,

3 Dilexisti malitiã super benignitatem, iniquitatẽ magis quã loqui æquitatem.

4 Dilexisti omnia uerba [c] præcipitationis lingua dolosa.

5 Quapropter deus destruet te in finem: euellet te,& emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuã de terra uiuentium.

6 Videbũt iusti & timebunt, & super eũ ridebunt, [d] & dicent, ecce homo qui non posuit deũ adiutorem suum.

7 Sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum,& præualuit in [e] uanitate sua.

8 Ego autem sicut oliua fructifera in domo dei,speraui in misericordia dei in æternũ,& in seculum seculi.

Sim perpendite: nam non fuit unquam, eritue ullus me omnipotenti domino ac deo
Toto orbe, aut aliqua uſquam regione, uel
Vlla in gente potentior.
11 *Exultabimus ergo, quia ſtat deus*
A nobis, nec erit quem timeamus, ubi nos protegit exercituum deus,
Præſtans ille Iacob deus.

ARGVM. PSAL: 47.

Quanquam hiſtoria pſalmi aggratulationem contineat populi factam, quum arcam fœderis in templum dei magnificè à ſe extructam Salomon induxit: hæc tamen in figura Chriſti Meßiæ facta ſunt, qui precioſo ſanguine ſuo dedicata ſancta eccleſia, & gentilibus à dæmonum ſeruitute liberatis ac ſibi ſubiectis, in cælum glorioſus aſcendit. Vnde ad illi pſallendũ hoc pſalmo fideles inuitantur. Conueniens eſt pſalmus in dedicatione eccleſiæ,

Pſal. 47. Ode dicolos tetraſtrophos, conſtans tribus primis metris ſapphicis, quarto Adonico.

1 *Omnes gentes plaudite manibus, iubilate deo in uoce a exultationis.*

2 *Quoniã dominus excelſus terribilis, rex magnus ſuper omnem terram.*

3 *b Subiecit populos nobis & gentes ſub pedibus noſtris.*

2 *Q Votquot ô gentes habitatis orbem,* a *Hic laudis.*
Inuicem exultate, manuſq; ueſtras
Mutuo complodite: nec ſit ullum
Interioris
Gaudij ſignum, quod aperta non uox
Canticis ſanctis domino canendis
Explicet pro uiribus, atque captu,
Exteriuſq;
Promat. 2 *en ſummus deus ac tremendus,*
Cui mari terráq; data eſt poteſtas,
3 *Subdidit nobis pedibúsque noſtris* b *Hic congregauit populos ſubter nos. Bel. comprimet.*
Relligionis

Nescias gentes, & inania illa
Dæmonum tantum simulachra habentes,
4 *Nosq; consueta bonitate tandem*
Ac pietate,
Fecit hæredes opulentioris,
Quàm sit in terra, imperij: memorq;
Vnice dilecti Iacob, uel eius
Vnius ergô,
Nos suam in sortem patrimoniumue
Vnicum elegit: [5] *simul atque uerò*
(Nos ubi curasset) in æthera ascendebat, ouanti
Iubilo totus resonabat aër.
Hinc tubæ, hinc fortes litui sonabant:
Hinc dei summi modulis canoris
Classica laudes
Personabant. [6] *ergo agedum deum omnes*
Canticis uestris celebrate: rursum
Canticis regem celebrate, rursum illum celebrate.
7 *Nempe cunctorum deus ille rex est,*
Totiusq; orbis, sapienter orbis
Ergo ei tanquam domino uniuersi
Pangite psalmos.
8 *Non enim Iudæa modo, sed omnis*
Totius mundi regio & plaga, ipsi
Subiacet: gentésque suo coherceat
Imperio, omnes
Prorsus augusto è solio, sacráq;
Iudicans è sede prout uidetur
Sanctitati ipsius & æquitati.
9 *Hinc populorum*
Principes illi sua subdiderunt

Marginal notes (left):

a Heb. gloriã uel magnificientiam.

d Heb. cũ populis dei Abraham.

e Vel. quoniã dei protectores terræ. i. dei est protegere terrã, nimis exaltatus est, sub. deus.

Marginal notes (right, Versio eccle.):

4 *Elegit nobis hereditatem suã, speciẽ Iacob quã dilexit.*

5 *Ascendit deus in iubilo, dominus in uoce tubæ.*

6 *Psallite deo nostro, psallite regi nostro, psallite.*

7 *Quoniã rex omnis terræ deus, psallite sapienter.*

8 *Regnauit deus super gentes, deus sedet super sedem sanctam suam.*

9 *Principes populorũ congregati sunt* d *cum deo Abrahã, quoniã dij fortes terræ uehementer eleuati sunt.*

Colla.ſeq; omnes ſimul aggregarunt,
Et deo magni patris Abrahami
Sponte dederunt
Nomen, aduerſus nimis eleuatos
Optimates: omnibus ijs enim ſe
Præſtitit longè deus altiorem,
Inferiores
Continens ſub ſe, gradibusq; poſt ſe
Quoſque terrarum dominos relinquens
Pluribus, proni ut uenerentur illum &
Denique adorent.

ARGVM. PSAL. 48.

Conſtat de inſigni quapiam uictoria congratulationem hoc pſalmo contineri, quum in obſidionis periculo eſſet Hieruſalem, nonnullis placet de uictoria Ioſaphat intelligi, alijs de uictoria David contra Syros, Ammonitas, et Ædomitas. alijs cõgratulatio eſſe uidetur populi è captiuitate Babylonica Hieruſalem reuerſi. Certè ſub typo terreſtris Hieruſalem ſpiritualis Hieruſalem Chriſtianæ eccleſiæ per Meſsiã protectio hic deſcribitur, cuius poſt tot gentium inſultus expertaſit eccleſia miſericordiam. Quapropter ad exultandũ deumq; laudandũ hoc pſalmo fideles admonentur. Valet pſalmus ad congratulandum deo, de parta aduerſus inimicos uictoria.

Pſal. 48. Ode tricolos triſtrophos, conſtans, [1] uerſu Glyconico, [2] Aſclepiadeo, [3] Alcaico.

[1] Magnus dominus & laudabilis nimis, in ciuitate dei noſtri in monte ſancto eius.
[2] a Fundatur exultatione uniuerſæ terræ mons Sion, latere aquilonis, ciuitas regis magni.

[1]
Agna eſt indubiè dei
M *Noſtri gloria lausq; innumerabilis*
Decantanda ſacris carminibus, maximè ab
Qui ſanctam ipſius incolunt (omnibus
Vrbem, quiq; habitant illius inclyto &
Sancto in monte. [2] ſed ô præ omnibus orbis regionibus

a Hie. ſpecioſo germine gaudio uniuerſæ terræ, mons Sion, lateribus aquilonis ciuitatula regis magni. ſic uerti dilucidius.
Perelegans regio eſt mons Sion, ad latus aquilonis expoſitus, gaudiũ uniuerſæ terræ ciuitas regis magni.

Quoquouersum oculos tuos
Conuertas, locus & clima perelegans,
Terrámq; exhilarans, montis ea in parte Sionij
Quæ spectat boreæ latus,
In qua magnificè regia ciuitas
In cælum caput ob tecta superba atq; palatia
Miranda erigit [3] ille ubi

3 Deus in domibus eius [b] cognoscetur, cum suscipiet eam.

b Heb. agnitus est in auxiliando.

Se regem & dominum præstitit ac deum
Insperabile quum in tempore & ipso articulo suis
Præsto subsidium tulit,
4 Vim robúrq; suum, atq; arma parantibus

4 Quoniam reges terræ congregati sunt, [c] conuenerũt in unum.

c Fel. transierunt simul.

Aduersus domini urbem & populũ regibus: illi enim
Voto consimili & pari
Perdendi studio, ijsdémq; animis tuum
Aduersus populum arcémq; tuam & castra Sionia,
Collecto simul agmine
Tentorijsq; suis [5] mœnia protinus

5 Ipsi uidentes sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt, tremor apprehendit eos.

Vt uidêre, abierunt: etenim sic tua terruit
Illos gloria, ut omnibus
Diffisi auxilijs, mox caperent fugam,
Confractis animis, atq; metu, horroréq; territis,
Sicq; apprendit eos timor,
Vt toto tremerent corpore: nec modo

d Hier. in uẽto uredinis. Fel. in uento notho. alij in uento orĩetali.

Membrorum tremor illos, [6] sed enim & parturiẽtiũ

6 Ibi dolores ut parturientis, in [d] spiritu uehementi conteres naues Tharsis.

Non longe absimilis dolor
Angórq; attonitos corripuit, suam
Illam urbem domino à barbaricis & trucibus uiris
Defendente, inimicáq;
In partes uarias frustáq; plurima
Dispergẽte procul castra, uelut quum uehemens notus
Irato flat in æquore, &
Omnes comminuit quas habet obuiam,
Illidens scopulo aut syrtibus altè horrisonis rates.

7 Sicut audiuimus, sic uidimus in ciuitate domini uirtutum, in ciuitate dei nostri, deus fundauit eam in æternum.

8 e Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui.

9 Secundum nomen tuum deus sic et laus tua in fines terræ: iustitia plena est dextera tua.

10 Lætetur mons Sion et exultent filiæ Iudæ, propter iudicia tua domine.

11 Circundate Siō et complectimini eam, f narrate in turribus eius.

12 g Ponite corda uestra in uirtute eius, et distribuite domos eius, ut enarretis in progenie altera.

7 Vtq; olim audiimus fore,
Dum nobis recitant illa nepotibus
Patres, sic etiam uidimus istis oculis, deo
Curæ arcem esse Sioniam, &
Curam suscipere ipsum nimis anxiam,
Illiusq; suæ urbis populiq;: omnipotentis est
Nempe illa inclyta ciuitas,
In qua exercituum unus colitur deus,
Miranda ille ubi patrauit, inauditaq; tempore
Longè præterito antea:
Quam custodiet in perpetuum stabi-
lémq; olim faciet, ne titubet. 8 nos igitur deus
In templo eximio tuo,
Atque aulæ in medio suscipimus tuæ
Iampridem meditati bonitatem egregiam tuam,
9 Ex quo agnouimus haud secus
Ac de te ueterum fama patrum fuit,
Respondere tuo acta inclyta & illustria nomini,
Quæ laudem parient tibi
Nunq̄ intermorituram, sed in omnibus
Terræ finibus omni celebrem tempore: nam tua
Plena est iustitiæ manus,
Nec quidq̄ nisi iustè facis ac bene.
10 Gaudebūt igitur gaudia, qui montē habitant Sion,
Ipsumq; Isacidum genus
Exultabit ob illa eximia tuæ
Virtutis monimenta, omnibus ut qui tribuas malis
Iuxta commeritum mala, &
Iustis pro merito præmia. 11 uos age
Ergo oēs homines quotquot amatis dominum & deū,
Excelsa illa Sionia
Toto in circuitu mœnia cingite
Et circundate, turres numerate illius: 12 atque opus

e Hier. Aestimauimus. Fel. expectauimus uel animo percepimus.

f Heb. numerate turres eius.
g .i. animum aduertite ad murum & antemurale ac propugnaculum eius.

Illud magnificum dei
Contemplamini, & ut maxima mœnia
Admirandáq; sint ipsius & celsa palatia:
Quò uestris quoq; posteris
Enarrare, & eis scripta relinquere
Possitis: 13 deus est iste etenim noster, & omnium: 13 Quoniam hic est deus deus noster in æternum, & in seculum seculi, ipse b reget nos in secula.
Véq; olim à puero suos
b Hier. ipse erit dux noster in morte. Fel. ipse diriget nos per iuuentutem, uel, usq; ad mortem.
Rexit iugiter usq; ad senium ultimum.
Sic perducet, & in perpetuum nos quoq; diriget.

ARGUM. PSAL. 49.

Inuitatis ad audiendum fidelibus, stultum auarorũ hominum studium, insanamq; fiduciam nobis ponit ob oculos, quos tamen neque formidini, neque admirationi pijs esse debere ostendit: nempe q brevi, pijs seruatis interituri sint impij. Valet unicè psalmus ad comprimendam auarorum hominum philargyriam, et consolandam humilium ac pauperum tenuitatem.

Psal. 49. Ode dicolos distrophos, constans
ijsdem uersibus quibus psal. 22.

1 AVdite ô gentes hæc omnia, quotquot uniuerso 1 Audite hæc omnes gentes, auribus percipite omnes qui habitatis a orbem.
In orbe uitam trahitis, & patentem,
Ad q̃ dicturio nũc paucula uerba, cõmodate
Aurem: 2 huc adeste omnes, meámq; uocem 2 b Quique terrigenæ & filij hominum, simul in unũ diues & pauper.
Vulgares homines, & uos quoque qui ualetis ulla
Auctoritate, & diues atque egenus
Nunc audite: etenim uobis sapienter ipse plura 3 Os meum loquetur sapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam.
Edisseram loquárq;: mens mea autem
Prudentum uerbis affinia uerba cogitabit,
4 Atque ad parœmias mei applicabo 4 Inclinabo in parabolam aurẽ meã, aperiam c in psalterio propositionem meam.
Aurẽ aciemq; animi, & citharæ modulis meæ sonoris

a Hier. occidentem. Fel. tempus.
b Hie. Tã filij Adã quàm filij singulorũ. Fel. tam filij Adã quàm filij uiri. i. tã plebei quàm nobiles.
c Heb. in cithara ænigma meum.

Ænigmata obscura explicare nitar
Multáque prudentũ dicteria. 5 *Sed quid ipse possim*
Aspro timere tempore ac sinistro?
Circum me insidias ac retia prauitate pleni
Hostes tetenderunt mei: sed illi
Quàm modicum possint attendite: 6 *quiq; gloriantur*
Possessionum infinitate inani,
Diuitiisq; ac robore corporis, 7 *ést ne quæso quisq̃*
Omnino eorum qui periclitantem
(Quanq̃ prævalido sit corpore) liberare possit
A morte quanq̃ sit uel ille frater,
Aut placare deum possit quo q;, quominus sit illi
Mori necesse? 8 *multi enim precij, nec*
Res facilis communi absoluere lege mortis, æuo
Vt perpeti uiuat, nec ulla prorsum
Carnis eum attingat corruptio. nempe solus ille est
Corruptionis filius dei expers:
Qui solus potis est de faucibus inferorum & ore
Quemcunque uult, quoties ei uidetur
Eruere, & uitam æternam dare, cæteros oportet
Illi uniuersæ subiacere legi
Mortis: q̃q̃ & inæternum quoque uiuit impius: 9 *sed*
Ita, ut uolens non possit interire.
Nil ergo refert sapiénsne sit, ánne stultus atque
Indoctus & bardus, quod uniuersam
Attinet ad carnis legem: quoniam unus æquè & alter
Simul peribunt: 10 *& suas relinquent*
Diuitias alijs: nec quidq̃ aliud referre secum
Præter cadauer putridum ualebunt.
11 *Quãq̃ magnifica illa habitacula, splẽdidasq; sperẽt*
Ædes inæternum suas, & illa
Pinguia perpetuum patrimonia possidere, famæ
Plus consulentes q̃ suæ saluti.

5 *Cur timebo in die mala? iniquitas calcanei mei circundabit me,*

6 *Qui confidunt in uirtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur.*
7 [d] *Frater non redimit:* [?] *redimet homo? non dabit deo placationem suam.*

8 [e] *Et precium redemptionis animæ suæ?* & *laborabit inæternum, & uiuet adhuc in finem.*

9 *Non uidebit interitum, quum uiderit sapientes morientes: simul insipiens & stultus peribunt.*

10 *Et relinquent alienis diuitias suas, & sepulchra eorũ domus illorum in æternum.*
11 *Tabernacula eorum in progenie & progenie, uocauerũt* [f] *nomina sua in terris.*

[d] *nemo potest etiam propriũ fratrem à morte redimere, quantumcunque precium pro redemptione ei dederit.*
[e] *preciosa est redemptio animæ alicuius.*

[f] *Heb. nominibus suis terras suas.*

Quare etiam & terris sua nomina, quas sibi pararũt
Per fas nefásque indunt, ob id putantes
Se fore perpetuos. 12 *Sed enim fieri nequit modo ullo*
Vt ijs diutius bonis fruatur,
Sítq; diu in precio, qui primũ in honore, nẽpe ad illã
Formam atque imaginem dei, creatus,
Non intellexit q̃ obnoxius atque nexus illi
Foret, nec egit gratias ei: sed
Ingratus, soli sibi fidere cœpit: inde uerò
Amentibus mulis equísue compar,
Quippe sine ullo iudicio, occidit, haud secus q̃ ea absq;
Spe ulla resurgendi ad beatitatem.

g Heb. & homo non permanebit in precio & honore: perinde ac iumenta inhonora occidet.

12 g Et homo quũ in honore esset non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.

13 *Illorum uerò studium mera uanitas, eámq;*
Sui sequuntur liberi ac nepotes,
Stultitiámq; parem: q̃ q̃ hæc uia sit futura eorum
Ruina, cunctorũmq; posterorum,
14 *Qui ceu grex ouiũ abducẽtur ad inferos, ubi illos*
Æterna mors depascet atque rodet,
15 *Mane autem q̃primum illuxerit illud, ad beatam*
Quando resurgent perpetẽmq; uitam
Iusti æquiq; colentes, protinus omnium impiorum
Vis, & superba gloria atque fastus
Occidet, ac formæ species ueterascet, & beatam
Vitam putantes atque sempiternam
Viuere, magnifica illa palatia regio supráq;
Quum struxerint luxu, una pro omnibus iam
Soláque eis super inferni domus est, ubi peribit
Spes omnis illorum atque gloria omnis

h Heb. hæc uia illorum insipientia, et posteri in ore eorum current. i. hoc eorum institutum ab insipiẽtia proficiscatur, in quod institutũ toto ore currũt eorum posteri, hoc est enim quod ait in ore eorũ current. i. eorũ dicta & instituta omni conatu sectabuntur.

13 h Hæc uia illorũ scandalum ipsis, & postea in ore suo complacebunt.

14 Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos.

15 Et dominabuntur eorum iusti in matutino, & i auxilium eorum ueterascet in inferno à gloria eorum.

16 *A me autẽ primũ ut steterit deus, inferorũ ab ore*
Et de barathri fauce liberabit:
17 *Tu uerò ne quid metuas, neque prorsus extimescas,*
Si fortè ditescat, supra modũmq;
Impius augescat, sitq; illius uniuersa multis

16 Verũtamen deus redimet animã meã de manu inferi, quũ acceperit me.

17 Ne timueris quũ diues factus fuerit homo, quum multiplicata fuerit gloria domus eius.

18 Quoniam quum interierit non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius.

19 Quia anima eius in uita ipsius benedicetur. confitebitur tibi quum benefeceris ei.

Modis adaucta gloria: ille nempe
Istorum penitus secum nihil auferet: neq; ulla
In morte eum tem ad inferos sequetur
Gloria: 19 sed tunc arbitrabitur esse se beatum,
Ventri & gulæ quum indulserit, cutémque
Molliter & lautè curauerit: atque ubi omnia illi
Indulseris quæcunque concupiscet,
Tum summis te laudibus efferet, euehétq; in astra:
Quúmque ille communem uiam suorum

20 Introibit usque in progenies patrũ suorum, & usque in æternum nõ uidebit lumen.

20 Ingressus patrum fuerit, spoliatus hócq; sole
Priuatus, æternis sepultus atque
Immersus tenebris (quæ maxima pœna) luce deinceps
Nulla fruetur, nec beatitate.

21 Homo quum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipiẽtibus, & similis factus est illis.

21 Sic qui erat in precio quondam atque in honore,
nempe ad illam
Formam atque imaginem dei creatus;
Non intellexit quàm obnoxius atque nexus illi
Esset, nec egit gratias ei, sed
Ingratus soli sibi fidere cœpit: inde uerò
Amentibus mulis equísue compar,
Quippe sine ullo iudicio, occidet haud secus q̃ ea absq;
Spe ulla resurgendi ad beatitatem.

ARGVM. PSAL. 50.

Vocatio et gentium et omnium uniuersim ad complectendum euangelium, per Messiam faciẽda, hoc psalmo describitur: simul legalium sacrificiorum, quæ iam Christo nõ placeant, cessatio: quorum loco subrogatæ sint laudum hostiæ: à quibus peccatores et impios propheta arcet, quorum mores et ingenium graphicè depingit. Valet psalmus ad cohortandos ad dei laudem pios, et ad impios deterrendos.

Psalm. 50. Ode dicolos distrophos, constans priore metro iambico trimetro catalectico, altero dimetro trochaico catalectico.

1 Deus deorum dominus locutus est, & uocauit terram.

Ens potens & fortis, ille quondam
D *Qui locutus est suis*
Tot tamq; diuersis modis, ut ipsos
Contineret in uia
Recta ac bona, tandem nouissimo æuo
Filio locutus est
Nobis palàm internuntio ac sequestro:
Nec modo locutus, at
Terram quoque omnem ² ab ortu ad occidentem
Per suos apostolos,
Et quotquot incolunt eam, aduocauit,
Vt reduceret suum in
Ouile dispersos greges, ouémq;
Iamdiu per auia
Palantem, & errantem atq; perditam omni
Anxius requireret
Cura & labore. Illa elegante uerò
Arce de Sionia
Locutus, hinc cum lege gratiosa
Clarus atq; splendidus
Exiuit: ut quicunq; fidere ipsi,
Aut eum sequi uolet,
Lumen sequatur illud præuium: ³ quod
Si quis insequi abnuit,
Armatus iracundia & furore
Præsto mox erit, neq;
Tardabit: & quamquam diu uidetur
Interim morarier,
Adest tamen, pulsatq; ad ostium, nec

2 A solis ortu usque ad occasum, a ex Siō species decoris eius.

a Hier. de Siō perfecto decore deus apparuit. Fel. Ex Sion perfectæ pulchritudinis, deus splendidè apparuit.

3 Deus noster manifestè ueniet, deus noster, & non silebit.

3 Sed & nocere mauis,
Quàm prodesse: loqui falsa & mendacia, q̃ quæ
Sunt uera & æquitati

3 Dilexisti malitiã super benignitatem, iniquitatẽ magis quã loqui æquitatem.

c Hier. ad deuorãdum. Fa. depressionis.

Iñcta: 4 dolos, fraudes, & quidquid perniciẽ adfert,
Linguamq; fraudulentam,
Et mala habes (semel ut dicam) gratissima cuncta.

4 Dilexisti omnia uerba c præcipitationis linguã dolosa.

5 Quapropter & deus te
Funditus euertet iustissimus, & male perdet:
Velutq; noxiam herbam
Viuorum è terra radicitus eruet, ac te
Tuósque posteros ex
Æde tua sic eruncabit, ut inde superstes
Patri impio atque nequam
Nemo sit gnatis ex pluribus: 6 ídq; colentes
Iusti, ac dei timentes

5 Quapropter deus destruet te in finem, euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuã de terra uiuentium.

d Heb deest.

Quum primum saerint, ob iusti iudicis iram,
Et horridam ultionem
Cum terrore illum reuerentes ac uenerantes,
Molimina impij illa
Ridebunt, & subsannantes consimili illum
Sermone persequentur:
En est ille suam domino qui spreuit in uno
Fiduciam locare,

6 Videbũt iusti & timebunt, & super eũ ridebunt, d & dicent, ecce homo qui non posuit deũ adiutorem suum.

e Heb. insidijs uel prauitate.

Spemq; suam: 7 qui diuitijs per fasq; nefasq;
Quoquomodo aggregatis
Aduersum iustos sibi cuncta licere putauit,
Seu fraude, seu ui: & isto
Fisus præsidio, insidijs se credidit esse
Et prauitate fortem,
Ac contra innocuos istis se muniit armis
Et roborauit. 8 ille
Ipse autem bonitate tua qui nitor, & illi
Confido soli & uni,

7 Sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & præualuit in e uanitate sua.

8 Ego autem sicut oliua fructifera in domo dei, speraui in misericordia dei in æternũ, & in seculum seculi.

Vt frondosa olea, & baccis foecunda, uirensq;
Grata est suo colono,
Perpetuamq; domi ipsius figit stationem:
Sic in domo dei ipse
Perpetuam expecto ut ciuis, non aduena sedem:
9 *Vbi per omne tempus*
Te modulis celebrabo meis, & laudibus usque in
Cœlum uehàm. quòd illas
Ipsius uires ualidè compresseris, atque
Confregeris, pijsq;
Spem dederis ꝙ qui te quærunt, atq; suam in te
Fiduciam locant, non
Deseris. inde animi multa fiducia & ipse
Præstolor id tuum olim
Sanctis tantopere dilectum nomen, & omni
Viro bono pioq;.

9 Confitebor tibi in seculũ quia fecisti, & expectabo nomen tuũ quoniã bonum est in conspectu sanctorum tuorum.

ARGVM. PSAL. 53.

Argumentum huius psalmi idem est cum argumento psalmi 14. ibi uide.

Victori ad mahelath eruditio David.

Psalm. 53. Ode monocolos, constans iambico trimetro scazonte.

1 *Mmane quid tã, tamq; abominandum usquam*
Aut cogitari à quopiam, aut potest dici,
Quàm ꝙ deũ multi haud modo abnegãt, sed ne
Deum quidem esse pertinaciter dicunt,
Imò esse commentitium dei nomen.
Vanissimi scilicet homines, inanesq;
Omnisq; sensus atque iudicij expertes!
2 *Hinc ipsa uitæ turpitudo, & effrenis*
Licentia in malum: indeq; omnis illorum

1 Dixit insipiẽs in corde suo, non est deus.

Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in iniquitatibus non est qui faciat bonum.

Corrupta uita, & abominabiles mores,
Studiaq; deprauata: non iam enim est quisquam
Qui quod bonum est agat, benignitatemue
In alterum ullam conferat, & eum curet.
3 Quare instar attoniti deus bonum nullum
E terra in ipsum sentiens uehi cœlum,
Despexit illinc & subinde respectans,
Si fortè quenq̃ uiderit requirentem
Abs sese opem, & quoquo modo colentem se aut
Sanctè timentem, nec unico quidem inuento:
4 Ergóne sic computruisse ait! sicne
Vsque adeo cunctos regia è uia, & recto
Calle atque honesto deuios aberrasse,
Nec esse tanta ex multitudine & turba
Qui quod bonum est agat, nec unicum prorsus!
5 Nil uniuersis mente præditus praua,
Nil adeo iudicij esse, me ut deum credant
Nescire præterireue oscitanter, dum
Vt frustulum panis populum meum afflictum
Vsque ad medullas penitus intimas rodunt!
6 An non enim, quod agunt latêre me credunt,
Cui uni placere, quem colere recusarunt
Atque inuocare! planè enim mei nullo
Timore, nulla relligione nec cultu
Tenentur, imò quum ut deus sim adorandus,
Flagitia quæque pro deo colunt summo,
Superbiam, libidinem, gulam, luxum.
Quare repentino pauore carpentur,
Taliq; quali nemo homo parem uidit,
Vel si pauoris nulla caussa præcessit.
Tu uerò habes quisquis piè ac deo dignè
Cupis deinceps uiuere, unde securus
Tutusq; despicias eos. 7 Deus nempe

a Hier. pariter adhæserūt. Vel simul corrupti sunt.

b Heb. qui te circūdant, uel obsident.

3 Deus de cælo prospexit super filios hominū, ut uideat si est intelligens aut requirens deum.

4 Omnes declinauerūt a simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonū, non est usq; ad unū.

5 Nonne scient omnes qui operātur iniquitatē, qui deuorāt plebē meā ut cibum panis?

6 Deū non inuocauerunt, illic trepidauerūt timore ubi nō est timor.

7 Quoniā deus dissipauit ossa eorum qui b hominibus placent, cōfusi sunt, quoniam deus spreuit eos.

Disperdet, atque comminuet eorum ossa
Qui te obsident: quibusq; studium id est unum,
Placere hominibus, quum interim illius fretus
Præsidio & auxilio unico, pudore omnes
Quotquot tibi malè ex animo uolunt, atque
Infamia afficies. Quid enim aliud spretos
Deoq, abominabiles manet! a Sed quis
Nobis salutem è monte Sionio sancto,
Verisq; Iudæis feret! Deus certè:
Captiuitate quando soluerit gentem
Sioniam: Tunc serio Israel nempe
Totumq; Iacob, & Isaci soboles patris
Gaudebit atque ouabit, otioq; olim,
Ac pace multa perfruetur, & longa.

a Quis dabit ex Siō salutare Israeli quū conuerterit deus captiuitatē plebis suæ exultabit Iacob & lætabitur Israel.

ARGVM. PSAL. 54.

Bis fugiens Saulis iram David apud Ziphæos in deserto latuit, bisq; ab eis Sauli proditus est, quemadmodum primi reg. 23. & 26. scribitur: de quorum proditione prima admonitus David à deo fugit in desertum Maho. De secunda quoque proditione certior factus, Saulem noctu præuenit dormientem, eique lanceam & clypeum abstulit. Ab huiusmodi ergo insidijs dei beneficio liberatus David, ab illis illorūque similibus hostibus posthac liberari postulat, deque præstito sibi auxilio actis gratijs inimicis malè precatur, deoque sacra facere, & eum perpetuò laudare apud se proponit. Conuenit psalmus principi proditionem ab amicis metuēti.

Victori in Neginoth eruditio David, quū uenirent Ziphæi & dicerent Sauli: Nonne David absconditus est apud nos.

Psal. 54. Ode monocolos, constans trochaico Archilochio tetrametro catalectico.

1 Deus in nomine tuo saluum me fac, & in uirtute tua a iudica me.

Er tuum deus beate nomen ac potentiam
P *Obsecro serua me ab hostibus meis, & uindica:*

a Hebr. uindica.

2 Iudica causam meam, et meq; & meas audi preces,
Ac meis attende uerbis. 3 nempe me uiri exteri,
Qui deum ignorant, fidemq; non dederunt illius
Nomini, inuasere: nec iam multum abest quin funditus
Subruant. nam dignitate qui ualent, & diuites,
Quiq; sunt potentiores me insequuntur ad necem,
Nec deum curant, eiumue existimant uidere sua
Impia ac nefanda gesta: 4 contra eos autem iuuat
b Psal. est cũ sustinentibus animã meam. Me deus meus: nec ipse me modo unum suscipit,
Et tuetur: at meam quicunq; causam, qua ualent,
Adiuuant, illos deus quoque adiuuat, nec deserit.
5 Sed meis quod cõmerentur tu malũ redde hostibus:
Vtq; uerax es deusq; iustus, illos destrue.
6 Tunc tibi libabo sponte, nominiq; illi tuo,
Quod bonum atque gratiosum est, gratias habebo, te
Ad chelyn, tuasq; laudes uersibus canens meis:
7 Nẽpe quòd tu me meo ipse mox dolore exolueris,
Et meis ex hostibus diram ultionem sumpseris,
De quibus triumphum ago, abiectos humi, & fractos
uidens.

2 Deus exaudi oratione͂ meam, auribus percipe uerba oris mei.
3 Quoniam alieni insurrexerũt aduersum me, & fortes quæsierunt animam meã, & non proposuerũt deũ ante conspectum suum.
4 Ecce enim deus adiuuat me, & dominus b susceptor est animæ meæ.
5 Auerte mala inimicis meis, & in ueritate tua disperde illos.
6 Voluntariè sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo domine, quoniam bonum est.
7 Quoniã ex omni tribulatione eripuisti me, & super inimicos meos despexit oculus meus.

ARGVM. PSAL. 55.

In graui anxietate cõstrictus David ab aduersarijs, sic ut manibus eorum uix elabi posset, de illorum improbitate et sua anxietate cum deo conqueritur, tum maximè de fictis amicis: quibus, et apertis inimicis malè precatur, spem concipiens se deinceps à domino deo seruatum iri, sicut et impios perditum. Sunt qui putent hunc psalmum à Dauide editum esse, quum ab ira Saulis iactata in se lancea, et obsessa domo fugere coactus est. Alij existimant, (quod et uerius puto), quum descenderet Saul ad obsidendam Ceilam, ubi David latebat, admonitum oraculo Dauidem inde ut fugeret, quod eum ciues, licet à se seruati, prodituri essent, hunc psalmum in ea obsidione et anxietate conscripsisse. Nam et hic se ab amicis (Ceilæ nẽpe ciuibus) quos sibi seruatos deinde

xerat, dereli ctum conqueritur Conuenit psalmus, principi in obsidione constituto, et à proditoribus metuenti.

Victori in Negineth eruditio David.

Psalm. 55. Ode dicolos distrophos, constans priore metro iambico trimetro, altero iãbico dimetro.

1 Exaudi deus orationẽ meã, & ne despexeris deprecatio nẽ meã: intende mihi & exaudi me.

1 *Rationem audi meam ô deus bone,*
O *Nec despice, aut quoquo modo*
Contemptui meam precationem habe:
Attende, quæso te, & mihi
Responde ululanti & intrementi præ metu,
Atque hostium iam instantium

2 a Cõtristatus sum in exercitatiõe mea, & cõturbatus sum à uoce inimici, & à tribulatione peccatoris.

a Hier. humiliatus sum in meditatione. Vel lamẽtabor in deprecatione mea.

Horrore. 2 neque enim inter precandum ullo modo
Consisto uel quiesco, dum
In singulos dies & horas singulas,
Audire iam uoces mihi,
Mináque eorum uideor, & faciem impij
Videre, qui me affligere

3 Quoniã declinauerũt in me iniquitates, & in ira molesti erant mihi.

Et persequi non cessat: 3 ac mendacia,
Et falsa quæque crimina
Impingere atque obtrudere, ac illis suis
Me noxijs depingere.

b Hier doluit Vel. contremiscit.

Hostilibus nimirum odijs uruntur, &
Ira mei hostes sæuiunt
Contra innocentem, ac iam mihi infensi imminent.

4 Cor meũ b conturbatũ est in me, & formido mortis cecidit super me.

4 *Inde est meum quòd in meis,*
Totum cor intremiscit, atque palpitat,
Et subsilit præcordijs:
Nam durus in me mortis horror irruit.

c Vel. operuit me horror.

5 *Timorq; & immensus tremor*
In me inciderunt, sicq; me tenebræ undique

5 Timor & tremor uenerunt super me, & c contexerũt me tenebræ.

Cinxere, mentis ut meæ,
Et corporis contexerint oculos mei.
Nec iam quid isthic actitem,

Videre & intelligere concessum est mihi.
6 Ego autem in ijs angustijs
Sic ipse mecum commiuscebar:mihi
Pennas columbæ præpetis
Quis dabit,ut isthinc deuolem tutum in locum,
Vbi quiescam,& à meis
Securus inimicis agam? 7 quos ut procul
Vitare possem,longius
In solitudinem auolarem quampiam,&
Me illic latens periculis
Subducerem omnibus,procellisue acribus,
Grauiq; tempestate,& ijs,
Qui innoxios perflant,malorum flatibus.
8 Atque interim expectarem eum
Seruare qui me unus potest,omnem & mihi
Auferre terrorem ac metum.
Namque ille me à periculo non dispari
Seruauit olim atque eruit.
9 Perde igitur illos atque præcipita ô deus:
Vtq; actum in illa olim est Babel,
Ne mutuum meo malo se intelligant,
Linguas eorum diuide.
Nil etenim in ista ciuitate iurgia,&
Contentiones præter ac
Violentiam uidi & dolos, 10 quin mœnium
Vice ac loco nocte & die
Ipsam illa cingunt crimina & circumambiunt,
Atque in plateis ipsius
Vrbisque medio iniuria atq; oppressio
Regnant. 11 dolis plena omnia,
Nec ulla fraus,aut ulla contumelia,
Vllumue fœnoris genus,
Aut sycophantiæ,eius à plateis abest.

d Hie.ut procul abeam & cõmarer in deserto.

e Heb.accelerarẽ mihi fugã à spiritu uehemẽti,& tẽpestatis ab ira saluet Saulis quã turbini & tẽpestati comparat.

6 Et dixi, quis dabit mihi pẽnas sicut colũbæ,& uolabo & requiescam?

7 d Ecce elongaui fugiens,& mansi in solitudine.

8 e Expectabã eũ qui saluũ me fecit à pusillanimitate spiritus & tempestate.

9 Præcipita domine, diuide linguas eorũ,quoniã uidi iniquitatem & contradictionẽ in ciuitate.

10 Die ac nocte circũdabit eam super muros eius iniquitas, & labor in medio eius & iniustitia.

11 Et non defecit de plateis eius usura & dolus.

12 Quoniã si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique.

12 Sed hoc dolet multo amplius,
Grauiusq; me longè afficit, calumniam
Quòd qui mihi atque iniuriam
Instruxit, hostis non erat (leuius enim
Ferrem istud, ac multo æquius)

13 Etsi is qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo.

13 Nec se ille contra me extulit, qui me oderat:
Nempe à furore me ipsius
Quoquomodo abscondissem, & impetum illius
Omni uia, omni arte & modo

14 Tu uerò homo unanimis, dux meus & notus meus

Vitare studuissem atque declinare: 14 sed
Supra modum id durum ac graue est,
Nec ferre possum, quòd tu homo notus meus,
Arctissimo iunctus mihi
Vinculo & amicitiæ & necessitudinis,
Quem rebus omnino meis
Velut ducem præfeceram, atque unanimiter

15 f Qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo dei ambulauimus cum consensu.

15 Quicum solebam uiuere,
Tu, consilij qui particeps unus mei,
Ac primus inter consules
Meos eras, te falsò amicum finxeris.
Nam cui obsecro fidelius
Secreta commisi mea, aut lubentius?
Arcana nec modo mea
Tibi credidi, at diuina si tractanda erant,
Aut si locus precum esset, aut
Psalmis uacandum, lectionibus aut sacris,
Concorditer dei in domo
Huiusce gratia rei, negotijs
Missis peculiaribus,

f Heb. Qui simul habuimus dulce secretum, uel cõsiliũ. Hier. in terrore. Felicea teruatim siue coniunctim.

26 Veniat mors super illos: descendant in infernũ uiuentes.

Tecum ambulabam. 16 age ergo mortiferam in eos
Deus manum tuam inijce:
Imò ne eis mori quidem liceat, sed in
Obscura uiui tartara,

Quanq́ immolare iugiter mihi illa
Debuisti: 10 at omnia
Carnaria isthæc nil moror, nec ullum
E tua domo bouem,
Nullum iuuencum postulo, neque ullos
Ex tuis ouilibus
Hircos: 11 mea illa sunt, meiq; iuris
Et fera & domestica,
Armenta mille montium, feræq;
Saltuum omnium, atque oues,
Capreæq; rupis ardua incolentes:
12 Atque aues in editis,
Et saltuosis montibus uolantes,
Sunt mihi ad manum omnia.
Et denique (ut paucis agam, & semel,
Cunctáque in breui exprimam)
Quæcunq; ruri habitant agúntque uitam.
13 Quòd si opus mihi foret
Illis, uel indigerem & esurirem,
Nec mihi tamen foret
Necesse id abs te postulare: quippe
Vniuersus est meus
Orbis, simulque quidquid ambit ille, &
Continet. quid ergo erit
Quod quærere ex te sit mihi necessum?
14 Estne opus mihi bubula,
Aut carne ouilla, ut impleam latrantis
Ventris os famelicum?
Aut sanguine hircino, ut bibam? 15 omnia ergo
Ista, si mihi fidem
Habere uis, mittes: at immolabis
Gloriam deo tuo, &
Laudem atque honorem, eique uota reddes,

f Heb quadrupedes quæ pascuntur in mille montibus.

g Heb. montium.
h Hier. uniuersitas agri. Fel. feræ campi.

10 Non accipiam de domo tua uitulos, neque de gregibus tuis hircos.

11 Quoniam meæ sunt omnes feræ syluarum, f iumenta in montibus & boues.

12 Cognoui omnia uolatilia g cæli: & h pulchritudo agri meum est.

13 Si esuriero, non dicam tibi: meus est enim orbis terræ, & omnis plenitudo eius.

14 Numquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo?

15 Immola deo sacrificium laudis, & redde altissimo uota tua.

14 Et inuoca me in die tribulationis, eruam te & honorificabis me.

Si qua uoueris, 16 *dein*
Me tempore in duro ac malo inuocabis:
Téq; protegam, & malis
Ab omnibus mox eruam, ut me honores.
Talibus pium deus

17 Peccatori autem dixit deus, quare tu enarras h iustitias meas, i & assumis testamentum meũ per os tuum?

Affatus est uerbis. 17 *uiro malo autem,*
Instituta quid mea,
Inquit, meásq; putido ore leges
Prædicare, iustáue
Mandata publicare pergis? ut quid
Fœdus ausus es meum
Enuntiare in uulgus, ac palàm
Impudenti & impia
Enucleare lingua, & ore spurco?

h Heb statuta uel præcepta mea.
i Heb. fœdus.

18 Tu uerò odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum.

Nec 18 *moneri enim, neq;*
A quoq̃ amico corripi, aut amicè
Argui (superbus &
Adeò arrogans es) sustines: mea autem
Ne pili quidem hactenus

19 Si uidebas furẽ, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas.

Mandata fecisti. 19 *Si enim uidebas*
Furem, aut ullum adulterum,
Illos tibi coniungere, atq; eorum
Particeps in omnibus
Furtis suis & spurcitijs studebas

20 Os tuum abundauit malitia, & lingua tua concinnabat dolos.

Esse: 20 *nec nisi impia,*
Aut fraudulenta uerba funditabas
Lingua & ore noxijs,
Tantúmq; ad impia & dolosa factis:

21 Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalũ. hæc fecisti, & tacui.

21 *Et calumnijs tuis*
Fratrem tuum ac conuicijs petebas,
Haud secus propè atq; si
Trux hostis esset, atq; perduellis,
Inq; patriam impius

Et proditor: quis eadem in aluo
Educatus, & tibi
Coniunctione sanguinis propinqua
Nexus esset: atq; ea
Impunè quum te crederes patrare,
Interimq; cerneres
Tacere me, tanquam illa non uiderem
Aut latêre me tua
Peccata possent, [22] arbitratus es me
Aut tui parem fore,
Aut somnolentum planè & oscitantem
Interim tamen tibi
Palàm illa ob os ponam: adeò uerò ape
Vt nihil loqui audeas
Contráue possis, conscientia te
Arguente propria.
[23] Consyderate ergo & uidete tandem
Obsecro, quibus dei
Iam prorsus omnis memoria excidit, ne
Quum uoletis omnia hæc
Attentiùs uidere, non queatis.
Sæpe enim quibus deest
Occasione præstita uoluntas
Quod bonum est agendi, eis
Plerumq; deest quum uoluerint, facultas.
Diligenter omnia
Ergo ista temporiq; prouidete, ne
Siquis obstinatiùs
Contemptor horum perseuerat, illum
Duriore corrigam
Flagróq; corripiam: nec adsit ullus
Qui mea è manu eruat
Quacunq; dignitate polleat. [24] sed

Marginal notes (left):
k Heb. rapiā. (beside "Iam prorsus omnis memoria excidit")
l Heb. & qui ordinat uiam. (beside "Qui mea è manu eruat")

Marginal notes (right):
22 Existimasti iniquè quòd ero similis tui, arguam te & statuam contra faciē tuam.
23 Intelligite hæc qui obliuiscimini deum, nequando k rapiat, & non sit qui eripiat.
24 Sacrificium laudis honorificabit me l & illic iter quo ostendam illi salutare dei mei.

Qui mihi immolat pias
Laudum hostias sacrásque, & actionem
Gratiarum, is amplius
Multò me honorat, gratioráq; offert
Dona thure & hostijs,
Et certiore ad me uia uenit: quem ob
Gratitudinem bonæ
Mentis salutari beatitate
Munerabo præstita.

ARGVM. PSAL. 51.

Post commissum homicidium & perpetratum adulterium à propheta Nathan David correptus, & crimē agnoscens, (q̄q̄ remissam esse sibi culpam intelligeret, dicente sibi Nathan, transtulit dominus peccatum tuum) intelligens tamē cui obnoxius pœnæ esset, misericordiam à deo postulat, & ad uitæ se puritatem atq; nouitatem instaurari precatur: pro quo beneficio, & alijs, uias dei se docturum, & laudis afflictiq; animi sacrificia ipsi se daturū pollicetur. Demū sanctæ ciuitati bene precatur: quā quū instaurare cœpisset, ut perficiatur à deo postulat. Cōueniēs est pœnitentibus psalmus.

Victori, psalmus David, quum uenit ad eum Nathā prophe-ta, postq̄ intrauerat ad Bersabee.

Psalmi quinquagesimi primi. Ode monocolos, constans iambico trimetro.

1 Miserere mei deus secundum magnā misericordiam tuā. 2 Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. 3 Amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me.

1 M Isereat, obsecro te, mei deus bone,
Pro magna & ampla misericordia tua:
2 *Miserationum próque multitudine*
Illa tuarum & copia, scelera mea
Absterge, noxásq; elue ac sordes meas.
3 *Et quo magis sunt sordidæ, amplius laua,*
Atq; à meo me munda & ablue crimine.

4 Nam consciùs praua mihi uita meæ,
Agnosco prudens facinora & sciens mea:
[a] Heb. coram. Quumq; illa multa & grauia sint: tacere enim,
Aut ipsa dissimulare quid prosit mihi,
Quando assiduè uersantur ante oculos meos,
Vt si negem mox me impudentiæ palàm
Coarguant? 5 Quid si latêre homines puto
Aut parricidium, aut adulterium meum?
[b] Vel. appareas mundus. Nónne id satis grande & graue est malum, tibi
Quòd mi deus peccauerim, atq; uni tibi,
Nec reuerítus sim iustitiæ tuæ illius
Oculos, ad ima cordis usq; & abdita
Palàm atque perspicuè intuentes? ergo iam
Miserere nostri mi bone & clemens pater:
Nec tam meorum habe rationem criminum,
Quàm ueritatis atque iustitiæ tuæ.
Quàm magna tu mihi meísq; posteris
Pollicitus es, nouere qui mihi male ex
Animo uolunt, ac pro hoste me truculento habent.
Quòd si meis offensus usque flagitijs
Indignum (ut indignus quidem sum) me putes
Promissa cui serues tua: en, mei inquient
Hostes, dei qui gloriabatur sui
Promissionibus, q̃ inaniter suam
Fiduciam & spem collocauit? ergo ne
Ii te deus, uanum atque inanem prædicent,
Sed iustum, ut ipse iustus es, malo suo,
Meóque contrà te bono esse intelligant,
Commerita quæso ne recorderis mea:
Sic fiet ut, mendacij dum te arguunt,
Nec stare promissis tuis te existimant,
Verax in omnibus tuis sermonibus,
Iustúsque cunctis pareas, illa & tua

4 Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum [a] contra me est semper.

5 Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, ut iustificeris in sermonibus tuis, & [b] uincas quum iudicaris.

Bonitate uincas malitiam ipsorum suam.

6 Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.

6 Certè quod attinet ad me, id ingenuè uolo
Debeo fateri, nil boni carne in mea
Habitare: quin esse insitam in me noxiam
Natiuitatis à meæ primordio,
Quæ uel reluctantem ad malum me pertrahit.
Quippe ipsa dum me mater enixa est mea,
Obnoxium pariebat immensis malis,

7 Ecce enim ueritatem dilexisti, incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Noxæq; mortiferæ reum. 7 Sed tu tamen,
Cui ueritas grata extitit semper, quia
Me in Christum & unctum elegeras olim tuum,
(Indignus & si omni modo ac uia forem)
Dignum tua unius ipse duxti gratia,
Sapientiam occultam illam & abditam cui
Tuam indicares: at ego tanti beneficij
Oblitus immemórq;, breuem amori tuo

Asperges me domine hyssopo & mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor.

Fluxámq; prætuli uoluptatem.[8] quod est
Vltrà ergo remedium mihi misero super,
Ni me ut mea à noxa uelut hyssopo expies?
Quod pro tua in me gratia si feceris,
Mundabor: & si me ipse laueris, niue
Candidior euadam atq; longè purior.

9 Auditui meo dabis gaudium & lætitiam, & exultabunt ossa [c] humiliata.

9 Fac ergo læta ut audiam, & me gaudio
Perfunde, tum quæ uulneraras, & grauis
Contriueras dolore magno criminis mea [c] Heb quæ cõfregisti.

10 Auerte faciem tuã à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.

Ossa. simul ut tuo fauore fueris &
Amore prosecutus, hylarescent. age
10 A flagitijs ergo deus meis faciem tuam
Auerte, & omnes noxias dele meas:

11 Cor mundum crea in me deus, & spiritum [d] rectum innoua in uisceribus meis.

11 Et cor mihi mundum crea, ac rectum innoua, [d] Hier stabilẽ.
Stabilémq; spiritum meis in intimis:

12 Ne proijcias me à facie tua, & spiritum sanctum tuum ne auferas à me.

12 Nec me tuo fauore destitue, neq;
Longiùs ab illa propitij uultus tui

Expelle gratia: nec illum spiritum
Sanctum ac bonum tuum aufer à me: 13 *at praestita*
Per te mihi salute gaudio imbue:
Et principe illo ac liberali spiritu
Tuo ipse me fulci, atq; confirma: 14 *tum eos*
Qui perperam degunt, docebo uias tuas,
Ad te ut meo exemplo reuertant impij.
15 *Ergo innocentus sanguinem fusum Vriae,*
Seruator ô ne memineris deus, neq;
Spurcum atq; abominandum adulterium meum,
Et flagitijs ijs omnibus me solue quae
Animam cruentant atq; conspurcant meam:
Tum lingua praedicabit exultans mea,
Et ueritatem & misericordiam tuam,
Qua iustum habere me impium dignatus es.
16 *Age ergo laudes cantet os meum ut tuas,*
Labia aperi, & linguam meam resera ô deus.
17 *Nam si placere credidissem uictimas,*
Externáue ulla sacrificia tibi fore
Grata, obtulissem sanè: at illa quum tibi
Accepta non esse audij, non obtuli.
18 *Nempe anteacti poenitudine criminis*
Confractus animus, córq; contritum, unica est
Domino deo laeta atq; odora uictima.
Neq; enim mali dolore concussum sui,
Suóque delicto cor attritum ô deus
Despicere consuesti. 19 *age ergo nunc tua*
Benignitate erga Sion solita utere,
Solymorum ut extruantur illa moenia:
20 *Tunc uictimas sanctásq; legis hostias,*
Externa mentis signa iustioris, ut
Primum tibi placere nouero, offeram:
Illóq; quos gratos habeas sancto tuo

e Hier. potenti. vel munifico.

f Heb. cantabit, uel laudabit.

g Heb. &.

13 *Redde mihi laetitiam salutaris tui, & spiritu e principali confirma me.*

14 *Docebo iniquos uias tuas, & impij ad te conuertentur.*

15 *Libera me de sanguinibus deus deus salutis meae, & f exultabit lingua mea iustitiam tuam.*

16 *Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam.*

17 *Quoniam si uoluisses sacrificium dedissem utique holocaustis non delectaberis.*

18 *Sacrificium dei spiritus contribulatus cor contritum & humiliatum deus nō despicies.*

19 *Benignè fac domine in bona uoluntate tua Sion, g ut aedificentur muri Hierusalem.*

20 *Tunc acceptabis sacrificium iustitiae oblationes & holocausta, tunc imponent super altare tuum uitulos.*

Mactabo in altari uitulos, & quæ ipſa uult,
Tibique lex holocauſta ſacrari iubet.

ARGVM. PSAL. 51.

Aduerſus Doeg Idumæum (de cuius malitia uide. 1 reg. 22.) conſcripſit hāc oden David, uafros et pernicioſos eius mores egregie depingens, atque eius interitum prædicens. Hinc uerò concepta in deum fiducia totum ſe decantandis eius laudibus offert ac dedicat. Valet aduerſus peruerſos conuitiatores pſalmus.

Victori eruditio David quū ueniſſet Doeg Idumæus et annūciaſſet Sauli, et dixiſſet, uenit David ad domū Achimelech.

Pſalm. 52. Ode Dicolos Diſtrophos, conſtans priore metro heroico, altero iambico dimetro catal.

1 Quid gloriaris in malitia, qui potens es a in iniquitate

1 *Quid tua flagitia & mores, ô impie, iactas*
Spurcos & impudicos?
Quid tibi ab impietate places, téq; uſq; ualere
His noxijs tuis &
Flagitijs credis? non, obſecro te, adfore cenſes,
Et ſingulis diebus
Iuſtis atque pijs dominum ſuccurrere? q̄q̄
Libidini tuæ illi

a Heb. miſericordia dei, tota die. ſub. extat in ſanctos.

2 Tota die b iniuſtitiam cogitauit lingua tua, ſicut nouacula acuta feciſti dolum.

2 *Nonnunq̄ interea permittimur. at tua nunq̄*
Excogitare fraudes,
Aut dudum inuentas expromere lingua quieſcit.
Nouaculæ illa quippe
(Quæ quibus admoueas rebus cūque obuia ſcindit)
Simillima eſt acutæ.
Nam quemcunque dolis & fraudibus illaquearis,
Vtcunque blandulus ſis,
Occidis tamen illum, animóq; & corpore perdis.

b Hier. inſidias Fel. prauitates.

Et inferorum ad ima præcipites ruunt.
17 Illorum enim regnant mala
In concilijs: interq; eos nequissima &
Abominanda crimina.
18 Ego uerò eorum aduersus impotentiam,
Dolósque clamaui ad deum:
Nec me ipse dedignatus est: nempe illico
Seruauit & tutatus est.
19 Instabam enim, pulsabam, & assiduis eum
Oratione ac lachrymis
Petebam, eiq; uespere ac meridie,
Et mane narrabam graues
Omnes calamitates & ærumnas meas.
Quare ad preces aurem suam
Accommodauit, meáq; uota exaudijt,
20 Nostrámq; spero ab hostibus
Iam propiùs insistentibus uitam eruet
Atque eximet, multi licet
Vt me neci dedant, propè admodum urgeant:
Sed ut sunt multi ac mali, &
Nimis feroces, si mihi fauet deus,
Penes me erit uictoria,
Victisq; eis in pace degam & otio.
21 Nam me audiet deus meus,
Eósque ualde deprimet, qui nil minus
Mouentur ipsius, sedens
Vt olim ab initio throno augusto in suo:
22 Nec quum semel decreuerit
Pronuntiare aduersum eos, sententiam
Mutabit, illis pessimo
Vitæ suæ à genere minime cessantibus,
Sed immorantibus, suis
In consuetis flagitijs, neque interim

g Fæl à prælio quod erat mihi.
h Hier & Fæl. multi enim fuerunt aduersum me.

i non enim mutarunt prima uiuẽdi instituta.
i Heb. extẽdit manũ suã in pacificos suos. i. quibus cum pacifice degebat.

17 Quoniã nequitia in habitaculis eorũ, in medio eorum.

18 Ego autẽ ad deũ meũ clamaui, & dominus exaudiuit me.

19 Vespere & mane, & meridie, narrabo: & exaudiet uocem meam.

20 Redimet in pace animã meam, ab g ijs qui appropinquant mihi: quoniã inter h multos erãt mecum.

21 Exaudiet deus, & humiliabit eos qui est ante secula.

22 i Non enim est illis cõmutatio, & nõ timuerũt deũ, extẽdit manũ suam in retribuendo.

Ipsum deum timentibus:
Qui brachium iam extendit & manum suam,
Vt reddat impijs prout
Merentur: inter quos familiaris meus
Est, qui se amicum iamdiu
Commentus integrum, ausus est tandem suis
Afferre conuictoribus,
Verisque amicis hosticam inijcere manum:

23 Côtaminauerût l testamêtum' eius, m diuisi sunt ab ira uultus eius, & appropinquauit cor illius.

23 *Et iure spreto ac legibus,*
Contráq; pactum iura amicitiæ sacra
Perfregit: interim tamen
Occultat iram corde conceptam intimo
Externus ille uultus, &
Simulata ficti humanitas oris. nihil
Quippe eius ore humanius,
Nil suauius, nil mollius, nil lenius,
Vel si butyro conferas,
Quum bella moliatur interim & dolos:

l Hie. pactû uel fœdus. m Heb. lenius ac nitidius butyro os eorum, bella autê habent in corde suo.

24 Molliti sunt sermones eius super oleû, & ipsi sunt iacula.

24 *Eiusq; quamuis quolibet*
Vnguento & oleo oratio sit lenior,
Externa uerba si modo
Consyderes, tamen intus hasta & lanceæ,
Ac dira tantùm spicula.

25 Iacta super dominû n curâ tuam', & ipse te enutriet, & non dabit in æternum fluctuationem iusto.

25 *Sed tu anime mi, & quicunque non dispar onus*
Molestiamq; sustines,
Hanc sarcinam reijce tuam in dominum deum,
Et ipse tecum onus feret:
Omnemq; crede ei tui curam ipsius,
Nam te fouebit, atque alet,
Nec fluctuare iustum, & incertum sui
Hærere consilij sinet.

n Hie. charitatem tuam. Sal. & Chal. onus tuum.

26 Tu uerò deduces eos in puteum interitus.

26 *Tu uerò præcipites deus cunctos dabis,*
Vel usque ad unum hostes meos,

In tenebricosum & letiferum inferni lacum.
27 At sanguinarij uiri, &
Circumuenire fraude quosque qui student,
Priusquam ad aeui uenerint
Sui periodum, aetatis in medio occident:
Quando interim fiduciam
In te deus mi collocans, ridebo eos
Securus illorum omnium.

o Hie. attingent dimidiũ dierum.

27 Viri sanguinum & dolosi nõ n dimidiabũt dies suos, ego autem in te sperabo domine.

ARGVM. PSAL. 56.

Inscriptio psalmi indicat, cõpositum esse à Dauide, quũ apprehendissent eum Philisthaei in Geth. Vt enim 1. reg. 21. scribitur, Ab initio quum Saulem David fugeret, profectus est in Geth ciuitatem Philisthaeorum, in qua cognitus, & ad regem tãquam publicus hostis delatus, & ut de eo supplicium sumeret adductus, insaniam simulauit: In hoc autem periculo constitutus de inimicis eum deo conqueritur, & eripi ab illis postulat: quod fore cõfisus, deinceps laudare deum proponit et uno illo fidere. Conuenit psalmus homini uehemẽter ab inimicis afflictato, et in angustijs constituto.

Victori pro columba muta quae procul auolauerat, Micthan Dauid, quum tenuerunt eum Philisthaei in Geth.

Psal. 56. Ode tricolos tetrastrophos, eiusdem mensurae cum Psal. 20.

1 IAm tempus est ut me deus optime,
1 Vultu tuo blando aspicias, meis
Ab omnibus proiectum, & omni
Auxilio atque ope prorsus inanem.
Nam perduellis me meus undique
Ad deuorandum circuit: utq; me
Exhauriat, uiuumq; planè absorbeat, in cineremq; resoluat,

a Fal. absorbuit.

1 Miserere mei domine, quoniã a conculcauit me homo, tota die impugnans tribulauit me.

12 Quoniã si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique.

12 *Sed hoc dolet multo amplius,*
Grauiusq; me longè afficit, calumniam
Quòd qui mihi atque iniuriam
Instruxit, hostis non erat (leuius enim
Ferrem istud, ac multo æquius)

13 Etsi is qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo.

13 *Nec se ille contra me extulit, qui me oderat:*
Nempe à furore me ipsius
Quoquomodo abscondissem, & impetum illius
Omni uia, omni arte & modo

14 Tu uerò homo unanimis, dux meus & notus meus

Vitare studuissem atque declinare: 14 *sed*
Supra modum id durum ac graue est,
Nec ferre possum, quòd tu homo notus meus,
Arctissimo iunctus mihi
Vinculo & amicitiæ & necessitudinis,
Quem rebus omnino meis
Velut ducem præfeceram, atque unanimiter

15 † Qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo dei ambulauimus cum consensu.

15 *Quicum solebam uiuere,*
Tu, consilij qui particeps unus mei,
Ac primus inter consules
Meos eras, te falsò amicum finxeris.
Nam cui obsecro fidelius
Secreta commisi mea, aut lubentius?
Arcana nec modo mea
Tibi credidi, at diuina si tractanda erant,
Aut si locus precum esset, aut
Psalmis uacandum, lectionibus aut sacris,
Concorditer dei in domo
Huiusce gratia rei, negotijs
Missis peculiaribus,

† Heb. Qui simul habuimus dulce secretum, uel cõsiliũ. Hier. in terrore. Fœlicem teruatim siue coniunctim.

16 Veniat mors super illos: descendant in infernũ uiuentes.

Tecum ambulabam. 16 *age ergo mortiferam in eos*
Deus manum tuam iniice:
Imò ne eis mori quidem liceat, sed in
Obscura uiui tartara,

Quanq̃ immolare iugiter mihi illa
Debuisti: 10 at omnia
Carnaria isthæc nil moror, nec ullum
E tua domo bouem,
Nullum iuuencum postulo, neque ullos
Ex tuis ouilibus
Hircos: 11 mea illa sunt, meiq; iuris
Et fera & domestica,
Armenta mille montium, feræq;
Saltuum omnium, atque oues,
Capreæq; rupis ardua incolentes:
12 Atque aues in editus,
Et saltuosis montibus uolantes,
Sunt mihi ad manum omnia.
Et denique (ut paucis agam, & semel,
Cunctáque in breui exprimam)
Quæcunq; ruri habitant agúntque uitam.
13 Quòd si opus mihi foret
Illis, uel indigerem & esurirem,
Nec mihi tamen foret
Necesse id abs te postulare: quippe
Vniuersus est meus
Orbis, simulque quidquid ambit ille, &
Continet. quid ergo erit
Quod quærere ex te sit mihi necessum?
14 Estne opus mihi bubula,
Aut carne ouilla, ut impleam latrantis
Ventris os famelicum?
Aut sanguine hircino, ut bibam? 15 omnia ergo
Ista, si mihi fidem
Habere uis, mittes: at immolabis
Gloriam deo tuo, &
Laudem atque honorem, eique uota reddes,

f Heb. quadrupedes quæ pascuntur in mille montibus.

g Heb. montium.
h Hier. uniuersitas agri. Fel. feræ campi.

10 Non accipiam de domo tua uitulos, neque de gregibus tuis hircos.

11 Quoniam meæ sunt omnes feræ syluarum, f iumenta in montibus & boues.

12 Cognoui omnia uolatilia g cœli: & h pulchritudo agri mecum est.

13 Si esuriero, non dicam tibi: meus est enim orbis terræ, & omnis plenitudo eius.

14 Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo?

15 Immola deo sacrificium laudis, & redde altissimo uota tua.

P

14 Et inuoca me in die tribulationis, eruam te & honorificabis me.

Si qua uoueris, 16 dein
Me tempore in duro ac malo inuocabis:
Téq; protegam, & malis
Ab omnibus mox eruam, ut me honores.
Talibus pium deus

17 Peccatori autem dixit deus, quare tu enarras h iustitias meas, & assumis testamentum meũ per os tuum?

Affatus est uerbis. 17 uiro malo autem,
Instituta quid mea,
Inquit, meáſq; putido ore leges
Prædicare, iustáue
Mandata publicare pergis! ut quid
Fœdus ausus es meum
Enuntiare in uulgus, ac palàm
Impudenti & impia
Enucleare lingua, & ore spurco!

h Heb. statuta uel præcepta mea.
i Heb. fœdus.

18 Tu uerò odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum.

Nec 18 moneri enim, neq;
A quoq̃ amico corripi, aut amicè
Argui (superbus &
Adeò arrogans es) sustines: mea autem
Ne pili quidem hactenus

19 Si uidebas furẽ, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas.

Mandata fecisti. 19 Si enim uidebas
Furem, aut ullum adulterum,
Illos tibi coniungere, atq; eorum
Particeps in omnibus
Furtis suis & spurcitijs studebas

20 Os tuum abundauit malitia, & lingua tua concinnabat dolos.

Esse: 20 nec nisi impia,
Aut fraudulenta uerba funditabas
Lingua & ore noxijs,
Tamúmq; ad impia & dolosa factis:

21 Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalũ. hæc fecisti, & tacui.

21 Et calumnijs tuis
Fratrem tuum ac conuicijs petebas,
Haud secus propè atq; si
Trux hostis esset, atq; perduellis,
Inq; patriam impius

Et proditor: quum eadem in aluo
Educatus, & tibi
Coniunctione sanguinis propinqua
Nexus esset: atq; ea
Impunè quum te crederes patrare,
Interimq; cerneres
Tacere me, tanq̃ illa non uiderem
Aut latêre me tua
Peccata possent, 22 arbitratus es me 22 Existimasti iniquè quòd ero similis tui, arguam te & statuam contra faciẽ tuam.
Aut tui parem fore,
Aut somnolentum planè & oscitantem
Interim tamen tibi
Palàm illa ob os ponam: adeò uerò ape
Vt nihil loqui audeas
Contráue possis, conscientia te
Arguente propria.
23 Consyderate ergo & uidete tandem 23 Intelligite haec qui obliuiscimini deum, nequando * rapiat, & non sit qui eripiat.
Obsecro, quibus dei
* Heb. rapiã. *Iam prorsus omnis memoria excidit, ne*
Quam uoletis omnia haec
Attentiùs uidere, non queatis.
Sæpe enim quibus deest
Occasione præstita uoluntas
Quod bonum est agendi, eis
Plerumq; deest quum uoluerint, facultas.
Diligenter omnia
Ergo ista temporiq; prouidete, ne
Siquis obstinatiùs
Contemptor horum perseuerat, illum
Duriore corrigam
I Heb. & qui ordinat uiam. *Flagróq; corripiam: nec adsit ullus* 24 Sacrificium laudis honorificabit me I & illic iter quo ostendam illi salutare dei mei.
Qui mea è manu eruat
Quacunq; dignitate polleat. 24 sed

4 Nam conscius prauæ mihi uitæ meæ,
Agnosco prudens facinora & sciens mea:
a Heb. coram. Quumq; illa multa & grauia sint: tacere enim,
Aut ipsa dissimulare quid prosit mihi,
Quando assiduè uersantur ante oculos meos,
Vt si negem mox me impudentiæ palàm
Coarguant? 5 Quid si latêre homines puto
Aut parricidium, aut adulterium meum?
b Vel. appareat mundus. Nónne id satis grande & graue est malum, tibi
Quòd mi deus peccauerim, atq; uni tibi,
Nec reueritus sim iustitiæ tuæ illius
Oculos, ad ima cordis usq; & abdita
Palàm atque perspicuè intuentes? ergo iam
Miserere nostri mi bone & clemens pater:
Nec tam meorum habe rationem criminum,
Quàm ueritatis atque iustitiæ tuæ.
Quàm magna tu mihi meísq; posteris
Pollicitus es, nouere qui mihi male ex
Animo uolunt, ac pro hoste me truculento habent.
Quòd si meis offensus usque flagitijs
Indignum (ut indignus quidem sum) me putes
Promissa cui serues tua: en, mei inquient
Hostes, dei qui gloriabatur sui
Promissionibus, q̃ inaniter suam
Fiduciam & spem collocauit? ergo ne
Ii te deus, uanum atque inanem prædicent,
Sed iustum, ut ipse iustus es, malo suo,
Meóque contrà te bono esse intelligant,
Commerita quæso ne recorderis mea:
Sic fiet ut, mendacij dum te arguunt,
Nec stare promissis tuis te existimant,
Verax in omnibus tuis sermonibus,
Iustúsque cunctis pareas, illa & tua

4 Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum a contra me est semper.

5 Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, ut iustificeris in sermonibus tuis, & b uincas quum iudicaris.

Bonitate uincas malitiam ipsorum suam.

6 Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.

6 Certè quod attinet ad me, id ingenuè uolo
Debeo fateri, nil boni carne in mea
Habitare: quin esse insitam in me noxiam
Natiuitatis à meæ primordio,
Quæ uel reluctantem ad malum me pertrahit.
Quippe ipsa dum me mater enixa est mea,
Obnoxium pariebat immensis malis,

7 Ecce enim ueritatem dilexisti, incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Noxæq; mortiferæ reum. 7 Sed tu tamen,
Cui ueritas grata extitit semper, quia
Me in Christum & unctum elegeras olim tuum,
(Indignus & si omni modo ac uia forem)
Dignum tua unius ipse duxti gratia,
Sapientiam occultam illam & abditam cui
Tuam indicares: at ego tanti beneficij
Oblitus immemórq;, breuem amori tuo

Asperges me domine hyssopo & mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor.

Fluxámq; prætuli uoluptatem. 8 quod est
Vltrà ergo remedium mihi misero super,
Ni me ut mea à noxa uelut hyssopo expies?
Quod pro tua in me gratia si feceris,
Mundabor: & si me ipse laueris, niue
Candidior euadam atq; longè purior.

9 Auditui meo dabis gaudium & lætitiam, & exultabunt ossa [c] humiliata.

9 Fac ergo læta ut audiam, & me gaudio
Perfunde, tum quæ uulneraras, & grauis
Contriueras dolore magno criminis mea [c]

[c] Heb quæ cōfregisti.

10 Auerte faciem tuā à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.

Ossa, simul ut tuo fauore fueris &
Amore prosecutus, hylarescent. age
10 A flagitijs ergo deus meis faciem tuam
Auerte, & omnes noxias dele meas:

11 Cor mundum crea in me deus, & spiritum [d] rectum innoua in uisceribus meis.

11 Et cor mihi mundum crea, ac rectum innoua, [d]

[d] Hier stabilē.

Stabilémq; spiritum meis in intimis:

12 Ne proijcias me à facie tua, & spiritum sanctum tuum ne auferas à me.

12 Nec me tuo fauore destitue, neq;
Longiùs ab illa propitij uultus tui

Expelle gratia: nec illum spiritum
Sanctum ac bonum tuum aufer à me: 13 *at præstita*
13 Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu e principali ³ confirma me.
e Hier. potenti. vel munifico.
Per te mihi salute gaudio imbue:
Et principe illo ac liberali spiritu
Tuo ipse me fulci, atq; confirma: 14 *tum eos*
14 Docebo iniquos uias tuas, & impij ad te conuertentur.
Qui perperam degunt, docebo uias tuas,
Ad te ut meo exemplo reuertant impij.
15 *Ergo innocentis sanguinem fusum Vriæ,*
15 Libera me de sanguinibus deus deus salutis meæ, & f exultabit ³ lingua mea iustitiam tuam.
f Heb. cantabit, uel laudabit.
Seruator ô ne memineris deus, neq;
Spurcum atq; abominandum adulterium meum,
Et flagitijs ijs omnibus me solue quæ
Animam cruentant atq; conspurcant meam:
Tum lingua prædicabit exultans mea,
Et ueritatem & misericordiam tuam,
Qua iustum habere me impium dignatus es.
16 *Age ergo laudes cantet os meum ut tuas,*
16 Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam.
Labia aperi, & linguam meam resera ô deus.
17 *Nam si placere credidissem uictimas,*
17 Quoniam si uoluisses sacrificium dedissem utique holocaustis non delectaberis.
Externáue ulla sacrificia tibi fore
Grata, obtulissem sanè: at illa quum tibi
Accepta non esse audij, non obtuli.
18 *Nempe anteacti pœnitudine criminis*
18 Sacrificium deo spiritus contribulatus cor contritum & humiliatum deus nō despicies.
Confractus animus, córq; contritum, unica est
Domino deo læta atq; odora uictima.
Neq; enim mali dolore concussum sui,
Suóque delicto cor attritum ô deus
Despicere consuesti. 19 *age ergo nunc tua*
19 Benignè fac domine in bona uoluntate tua Sion, g ut ³ ædificentur muri Hierusalem.
g Heb. &.
Benignitate erga Sion solita utere,
Solymorum ut extruantur illa mœnia:
20 *Tunc uictimas sanctásq; legis hostias,*
20 Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ oblationes & holocausta, tunc imponent super altare tuum uitulos.
Externa mentis signa iustioris, ut
Primum tibi placere nouero, offeram:
Illóq; quos gratos habeas sancto tuo

Mactabo in altari uitulos, & quæ ipſa uult,
Tibique lex holocauſta ſacrari iubet.

ARGVM. PSAL. 51.

Aduerſus Doeg Idumæum (de cuius malitia uide. 1. reg. 22.) conſcripſit hāc oden Dauid, uafros et pernicioſos eius mores egregie depingens, atque eius interitum prædicens. Hinc uerò concepta in deum fiducia totum ſe decantandis eius laudibus offert ac dedicat. Valet aduerſus peruerſos conuitiatores pſalmus.

Victori eruditio Dauid quū ueniſſet Doeg Idumæus et annūciaſſet Sauli, et dixiſſet, uenit Dauid ad domū Achimelech.

Pſalm. 52. Ode Dicolos Diſtrophos, conſtans priore metro heroico, altero iambico dimetro catal.

1 Quid gloriaris in malitia, qui potens es a in iniquitate?

a Heb. miſericordia dei, tota die. ſub. extat in ſanctos.

1 *QVid tua flagitia & mores, ô impie, iactas*
Spurcos & impudicos?
Quid tibi ab impietate places, téq; uſq; ualere
His noxijs tuis &
Flagitijs credis? non, obſecro te, adfore cenſes,
Et ſingulis diebus
Iuſtis atque pijs dominum ſuccurrere? q̄q̄
Libidini tuæ illi
Nonnunq̄ interea permittimur. 2 *at tua nunq̄*
Excogitare fraudes,
Aut dudum inuentas expromere lingua quieſcit.
Nouaculæ illa quippe
(Quæ quibus admoueas rebus cūque obuia ſcindit)
Simillima eſt acutæ.
Nam quemcunque dolis & fraudibus illaquearis,
Vtcunque blandulus ſis,
Occidis tamen illum, animóq; & corpore perdis.

2 Tota die b iniuſtitiam cogitauit lingua tua, ſicut nouacula acuta feciſti dolum.

b Hier. inſidias Fel. prauitates.

Et inferorum ad ima præcipites ruunt.
17 *Illorum enim regnant mala*
In concilijs:interq; eos nequiſſima & 17 Quoniã nequitia in habitaculis eorũ,in medio eorum.
A bominanda crimina.
18 *Ego uerò eorum aduerſus impotentiam,* 18 Ego autẽ ad deũ meũ clamaui,& dominus exaudiuit me.
Dolóſque clamaui ad deum:
Nec me ipſe dedignatus eſt:nempe illico
Seruauit & tutatus eſt.
19 *Inſtabam enim,pulſabam,& aſſiduis eum* 19 Veſpere & mane,& meridie,narrabo: & exaudiet uocem meam.
Oratione ac lachrymis
Petebam,eúq; ueſpere ac meridie,
Et mane narrabam graues
Omnes calamitates & ærumnas meas.
Quare ad preces aurem ſuam
Accommodauit,meáq; uota exaudijt, 20 Redimet in pace animã meam, ab g ijs qui appropinquant mihi: quoniã inter h multos erãt mecum.
g Fel. à prælio quod erat mihi. 20 *Noſtrámq; ſpero ab hoſtibus*
Iam propiùs inſiſtentibus uitam eruet
h Hier & Fel. multi enim fuerunt aduerſum me. *Atque eximet,multi licet*
Vt me neci dedant,propè admodum urgeant:
Sed ut ſunt multi ac mali,&
Nimis feroces,ſi mihi fauet deus,
Penes me erit uictoria,
Victisq; eis in pace degam & otio.
21 *Nam me audiet deus meus,* 21 Exaudiet deus & humiliabit eos qui eſt ante ſecula.
Eóſque ualde deprimet,qui nil minis
Mouentur ipſius,ſedens
Vt olim ab initio throno auguſto in ſuo:
i non enim mutarunt prima uiuẽdi inſtituta. 22 *Nec quum ſemel decreuerit* 22 i Non enim eſt illis cõmutatio,& nõ timuerũt deũ, extẽdit manũ ſuam in retribuendo.
Pronuntiare aduerſum eos,ſententiam
i Heb. extẽdit manũ ſuã in pacificos ſuos.i. quibus cum pacifice degebat. *Mutabit,illis peſſimo*
Vitæ ſuæ à genere minime ceſſantibus,
Sed immorantibus,ſuis
In conſuetis flagitijs,neque interim

Q

Disperdet, atque comminuet eorum ossa
Qui te obsident: quibusq; studium id est unum,
Placere hominibus, quum interim illius fretus
Præsidio & auxilio unico, pudore omnes
Quotquot tibi malè ex animo uolunt, atque
Infamia afficies. Quid enim aliud spretos
Deoq; abominabiles manet? ² Sed quis
Nobis salutem è monte Sionio sancto,
Verisq; Iudæis feret? Deus certè:
Captiuitate quando soluerit gentem
Sioniam: Tunc serio Israel nempe
Totumq; Iacob, & Isaci soboles patris
Gaudebit atque ouabit, otioq; olim,
Ac pace multa perfruetur, & longa.

² Quis dabit ex Sion salutare Israeli? quum conuerterit deus captiuitatē plebis suæ exultabit Iacob & lætabitur Israel.

ARGVM. PSAL. 54.

Bis fugiens Saulis iram David apud Ziphæos in deserto latuit, bisq; ab eis Sauli proditus est, quemadmodum primi reg 23. & 26. scribitur: de quorum proditione prima admonitus David à deo fugit in desertum Maho. De secunda quoque proditione certior factus, Saulem noctu præuenit dormientem, eique laneeam & clypeum abstulit. Ab huiusmodi ergo insidijs dei beneficio liberatus David, ab illis illorūque similibus hostibus posthac liberari postulat, deque præstito sibi auxilio actis gratijs inimicis malè precatur, deoque sacra facere, & eum perpetuò laudare apud se proponit. Conuenit psalmus principi proditionem ab amicis metuēti.

Victori in Neginoth eruditio David, quū uenirent Ziphæi & dicerent Sauli: Nonne David absconditus est apud nos.

Psal. 54. Ode monocolos, constans trochaico Archilochio tetrametro catalectico.

¹ Deus in nomine tuo saluum me fac, & in uirtute tua ² iudica³ me.

P *Er tuum deus beate nomen ac potentiam ¹*
Obsecro serua me ab hostibus meis, & uindicas: ᵃ

ᵃ Hebr. uindica.

Iudica causam meam, ² méq; & meas audi preces,
Ac meis attende uerbis. ³ nempe me uiri exteri,
Qui deum ignorant, fidemq; non dederunt illius
Nomini, inuasere: nec iam multum abest quin funditus
Subruant. nam dignitate qui ualent, & diuites,
Quiq; sunt potentiores me insequuntur ad necem,
Nec deum curant, eumue existimant uidere sua
Impia ac nefanda gesta: ⁴ contra eos autem iuuat
Me deus meus: nec ipse me modo unum suscipit,
Et tuetur: at meam quicunq; causam, qua ualent,
Adiuuant, illos deus quoque adiuuat, nec deserit.
⁵ Sed meis quod cōmerentur tu malū redde hostibus:
Vtq; uerax es deusq; iustus, illos destrue.
⁶ Tunc tibi libabo sponte, nominiq; illi tuo,
Quod bonum atque gratiosum est, gratias habebo, te
Ad chelyn, tuasq; laudes uersibus canens meis:
⁷ Nēpe quòd tu me meo ipse mox dolore exolueris,
Et meis ex hostibus diram ultionem sumpseris,
De quibus triumphum ago, abiectos humi, & fractos uidens.

b Vel. est cū sustinentibus animā meam.

2 Deus exaudi orationē meam, auribus percipe uerba oris mei.
3 Quoniam alieni insurrexerūt aduersum me, & fortes quæsierunt animam meā, & non proposuerūt deū ante conspectum suum.
4 Ecce enim deus adiuuat me, & dominus [b] susceptor est animæ meæ.
5 Auerte mala inimicis meis, & in ueritate tua disperde illos.
6 Voluntariè sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo domine, quoniam bonum est.
7 Quoniā ex omni tribulatione eripuisti me, & super inimicos meos despexit oculus meus.

ARGVM. PSAL. 55.

In graui anxietate cōstrictus Dauid ab aduersarijs, sic ut manibus eorum uix elabi posset, de illorum improbitate et sua anxietate eum deo conqueritur, tum maximè de fictis amicis: quibus, et apertis inimicis malè precatur, spem concipiens se deinceps à domino deo seruatum iri, sicut et impios perditum. Sunt qui putent hunc psalmum à Dauide editum esse, quum ab ira Saulis iactata in se lancea, et obsessa domo fugere coactus est. Alij existimant, (quod et uerius puto), quum descenderet Saul ad obsidendam Ceilam, ubi Dauid latebat, admonitum oraculo Dauidem inde ut fugeret, quod eum ciues, licet à se seruati, prodituri essent, hunc psalmum in ea obsidione et anxietate conscripsisse. Nam et hic se ab amicis (Ceilæ nēpe ciuibus) quos sibi seruatos deinde

xerat, derelictum conqueritur. Conuenit psalmus, principi in obsidione constituto, et à proditoribus metuenti.

Victori in Negmeth eruditio Dauid.

Psalm. 55. *Ode dicolos distrophos, constans priore metro iambico trimetro, altero iãbico dimetro.*

1 Exaudi deus orationẽ meã, & ne despexeris deprecationẽ meã: intende mihi & exaudi me.

1 *Rationem audi meam ô deus bone,*
O *Nec despice, aut quoquomodo*
Contemptui meam precationem habe:
Attende, quæso te, & mihi
Responde ululanti & intrementi præ metu,
Atque hostium iam instantium
Horrore. 2 *neque enim inter precandum ullo modo*
Consisto uel quiesco, dum
In singulos dies & horas singulas,
Audire iam uoces mihi,
Mináque eorum uideor, & faciem impij
Videre, qui me affligere
Et persequi non cessat: 3 *ac mendacia,*
Et falsa quæque crimina
Impingere atque obtrudere, ac illis suis
Me noxijs depingere.
Hostilibus nimirum odijs uruntur, &
Ira mei hostes sæuiunt
Contra innocentem, ac iam mihi infensi imminent.
4 *Inde est meum quòd in meis,*
Totum cor intremiscit, atque palpitat,
Et subsilit præcordijs:
Nam durus in me mortis horror irruit.
5 *Timorq; & immensus tremor*
In me inciderunt, sicq; me tenebræ undique
Cinxere, mentis ut meæ,
Et corporis contexerint oculos mei.
Nec iam quid isthic actitem,

2 a Cõtristatus sum in exercitatiõe meá, & cõturbatus sum à uoce inimici, & à tribulatione peccatoris.

a Hier. humiliatus sum in meditatione. Fel. lamẽtabor in deprecatione mea.

3 Quoniã declinauerũt in me iniquitates, & in ira molesti erant mihi.

b Hier. doluit Fel. contremiscit.

4 Cor meũ b conturbatũ est in me, & formido mortis cecidit super me.

c Fel. operuit me horror.

5 Timor & tremor uenerunt super me, & c contexerũt me tenebræ.

Videre & intelligere concessum est mihi.
6 Ego autem in ijs angustijs
Sic ipse mecum comminiscebar: mihi
Pennas columbæ præpetis
Quis dabit, ut isthinc deuolem tutum in locum,
Vbi quiescam, & à meis
Securus inimicis agam? 7 quos ut procul
Vitare possem, longius
In solitudinem auolarem quampiam, &
Me illic latens periculis
Subducerem omnibus, procellisue acribus,
Grauiq; tempestate, & ijs,
Qui innoxios perflant, malorum flatibus.
8 Atque interim expectarem eum
Seruare qui me unus potest, omnem & mihi
Auferre terrorem ac metum.
Namque ille me à periculo non dispari
Seruauit olim atque eruit.
9 Perde igitur illos atque præcipita ô deus:
Vtq; actum in illa olim est Babel,
Ne mutuum meo malo se intelligant,
Linguas eorum diuide.
Nil etenim in ista ciuitate iurgia, &
Contentiones præter ac
Violentiam uidi & dolos, 10 quin mœnium
Vice ac loco nocte & die
Ipsam illa cingunt crimina & circumambiunt,
Atque in plateis ipsius
Vrbisque medio iniuria atq; oppressio
Regnant. 11 dolis plena omnia,
Nec ulla fraus, aut ulla contumelia,
Vllúmue fœnoris genus,
Aut sycophantiæ, eius à plateis abest.

d Hie. ut procul abeam & cõmorer in deserto.

e Heb. accelerarẽ mihi fugã à spiritu uehemẽti, & tẽpestatis ab ira saluet Saulis quã turbini & tẽpestati comparat.

6 Et dixi, quis dabit mihi pẽnas sicut colũbæ, & uolabo & requiescam?

7 d Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine?.

8 e Expectabã eũ qui saluũ me fecit à pusillanimitate spiritus & tempestate.

9 Præcipita domine, diuide linguas eorũ, quoniã uidi iniquitatem & contradictionẽ in ciuitate.

10 Die ac nocte circũdabit eam super muros eius iniquitas, & labor in medio eius & iniustitia.

11 Et non defecit de plateis eius usura & dolus.

12 Quoniã si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique.

12 Sed hoc dolet multo amplius,
Grauiusq; me longè afficit, calumniam
Quòd qui mihi atque iniuriam
Instruxit, hostis non erat (leuius enim
Ferrem istud, ac multo æquius)

13 Etsi is qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo.

13 Nec se ille contra me extulit, qui me oderat:
Nempe à furore me ipsius
Quoquomodo abscondissem, & impetum illius
Omni uia, omni arte & modo

14 Tu uerò homo unanimis, dux meus & notus meus

Vitare studuissem atque declinare: 14 sed
Supra modum id durum ac graue est,
Nec ferre possum, quòd tu homo notus meus,
Arctissimo iunctus mihi
Vinculo & amicitiæ & necessitudinis,
Quem rebus omnino meis
Velut ducem præfeceram, atque unanimiter

15 f Qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo dei ambulauimus cum consensu.

f Heb. Qui simul habuimus dulce secretum, uel cõsiliũ. Hier. in terrore. Fælicem ternatim siue coniunctim.

15 Quicum solebam uiuere,
Tu, consilij qui particeps unus mei,
Ac primus inter consules
Meos eras, te falsò amicum finxeris.
Nam cui obsecro fidelius
Secreta commisi mea, aut lubentius?
Arcana nec modo mea
Tibi credidi, at diuina si tractanda erant,
Aut si locus precum esset, aut
Psalmis uacandum, lectionibus aut sacris,
Concorditer dei in domo
Huiusce gratia rei, negotijs
Missis peculiaribus,

16 Veniat mors super illos: descendant in infernũ uiuentes.

Tecum ambulabam. 16 age ergo mortiferam in eos
Deus manum tuam inijce:
Imò ne eis mori quidem liceat, sed in
Obscura uiui tartara,

Quanq̃ immolare iugiter mihi illa
Debuiſti: 10 at omnia

10 Non accipiam de domo tua uitulos, neque de gregibus tuis hircos.

Carnaria iſthæc nil moror, nec ullum
E tua domo bouem,
Nullum iuuencum poſtulo, neque ullos
Ex tuis ouilibus
Hircos: 11 mea illa ſunt, meiq; iuris

11 Quoniam mea ſunt omnes feræ ſyluarum, f iumenta in montibus & boues.

f Heb. quadrupedes quæ paſcuntur in mille motibus.

Et fera & domeſtica,
Armenta mille montium, feræq;
Saltuum omnium, atque oues,
Capreæq; rupis ardua incolentes:
12 Atque aues in editis,

12 Cognoui omnia uolatilia g cæli: & h pulchritudo agri mecum eſt.

g Heb. montium.
h Hier. uniuerſitas agri, Fel. feræ campi.

Et ſaltuoſis montibus uolantes,
Sunt mihi ad manum omnia.
Et denique (ut paucis agam, & ſemel,
Cunctáque in breui exprimam)
Quæcunq; ruri habitant agúntque uitam:
13 Quòd ſi opus mihi foret

13 Si eſuriero, non dicam tibi: meus eſt enim orbis terræ, & omnis plenitudo eius.

Illis, uel indigerem & eſurirem,
Nec mihi tamen foret
Neceſſe id abs te poſtulare: quippe
Vniuerſus eſt meus
Orbis, ſimulque quidquid ambit ille, &
Continet. quid ergo erit
Quod quærere ex te ſit mihi neceſſum?
14 Eſtne opus mihi bubula,

14 Nunquid manducabo carnes taurorum, aut ſanguinem hircorum potabo?

Aut carne ouilla, ut impleam latrantis
Ventris os famelicum?
Aut ſanguine hircino, ut bibam? 15. omnia ergo

15 Immola deo ſacrificium laudis, & redde altiſſimo uota tua.

Iſta, ſi mihi fidem
Habere uis, mittes: at immolabis
Gloriam deo tuo, &
Laudem atque honorem, eique uota reddes,

14 Et inuoca me in die tribulationis, eruam te & honorificabis me.

Si qua uoueris, 16 dein
Me tempore in duro ac malo inuocabis:
Téq; protegam, & malis
Ab omnibus mox eruam, ut me honores.
Talibus pium deus

17 Peccatori autem dixit deus, quare tu enarras h iustitias meas, i & assumes testamentum meū per os tuum?

Affatus est uerbis. 17 uiro malo autem,
Instituta quid mea,
Inquit, meáſq; putido ore leges
Prædicare, iustáue
Mandata publicare pergis? ut quid
Fœdus ausus es meum
Enuntiare in uulgus, ac palàm
Impudenti & impia
Enucleare lingua, & ore spurco?

h Heb statuta uel præcepta mea.
i Heb. fœdus.

18 Tu uerò odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum.

Nec 18 moneri enim, neq;
A quoq̃ amico corripi, aut amicè
Argui (superbus &
Adeò arrogans es) sustines: mea autem
Ne pili quidem hactenus

19 Si uidebas furē, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas.

Mandata fecisti. 19 Si enim uidebas
Furem, aut ullum adulterum,
Illos tibi coniungere, atq; eorum
Particeps in omnibus
Furtis suis & spurcitijs studebas

20 Os tuum abundauit malitia, & lingua tua concinnabat dolos.

Esse: 20 nec nisi impia,
Aut fraudulenta uerba funditabas
Lingua & ore noxijs,
Tantumq; ad impia & dolosa factis:

21 Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalū. hæc fecisti, & tacui.

21 Et calumnijs tuis
Fratrem tuum ac conuicijs petebas,
Haud secus propè atq; si
Trux hostis esset, atq; perduellis,
Inq; patriam impius

Et proditor: quis eadem in aluo
Educatus, & tibi
Coniunctione sanguinis propinqua
Nexus esset: atq; ea
Impunè quum te crederes patrare,
Interimq; cerneres
Tacere me, tanquam illa non uiderem
Aut latêre me tua
Peccata possent, [22] *arbitratus es me*
Aut tui parem fore,
Aut somnolentum planè & oscitantem
Interim tamen tibi
Palàm illa ob os ponam: adeò uerò ape
Vt nihil loqui audeas
Contràue possis, conscientia te
Arguente propria.
[23] *Consyderate ergo & uidete tandem*
Obsecro, quibus dei
Iam prorsus omnis memoria excidit, ne
Quum uoletis omnia hæc
Attentiùs uidere, non queatis.
Sæpe enim quibus deest
Occasione præstita uoluntas
Quod bonum est agendi, eis
Plerumq; deest quum uoluerint, facultas.
Diligenter omnia
Ergo ista temporiq; prouidete, ne
Siquis obstinatiùs
Contemptor horum perseuerat, illum
Duriore corrigam
Flagròq; corripiam: nec adsit ullus
Qui mea è manu eruat
Quacunq; dignitate polleat. [24] *sed*

Margin notes (left):

ª Heb. rapiā.

ł Heb. & qui ordinat uiam.

Margin notes (right):

22 Existimasti iniquè quòd ero similis tui, arguam te & statuam contra faciē tuam.

23 Intelligite hæc qui obliuiscimini deum, nequando ª rapiat, & non sit qui eripiat.

24 Sacrificium laudis honorificabit me ł & illic iter quo ostendam illi salutare dei mei.

4 *Nam conscius praua mihi uitæ meæ,*
Agnosco prudens facinora & sciens mea:
a Heb. coram. *Quumq; illa multa & grauia sint: tacere enim,*
Aut ipsa dissimulare quid prosit mihi,
Quando assiduè uersantur ante oculos meos,
Vt si negem mox me impudentiæ palàm
Coarguant? 5 Quid si latêre homines puto
Aut parricidium, aut adulterium meum?
b Vel. appareas mundus. *Nónne id satis grande & graue est malum, tibi*
Quòd mi deus peccauerim, atq; uni tibi,
Nec reueritus sim iustitiæ tuæ illius
Oculos, ad ima cordis usq; & abdita
Palàm atque perspicuè intuentes? ergo iam
Miserere nostri mi bone & clemens pater:
Nec tam meorum habe rationem criminum,
Quàm ueritatis atque iustitiæ tuæ.
Quàm magna tu mihi meísq; posteris
Pollicitus es, nouere qui mihi male ex
Animo uolunt, ac pro hoste me truculento habent.
Quòd si meis offensus usque flagitijs
Indignum (ut indignus quidem sum) me putes
Promissa cui serues tua: en, mei inquient
Hostes, dei qui gloriabatur sui
Promissionibus, q̃ inaniter suam
Fiduciam & spem collocauit? ergo ne
Ii te deus, uanum atque inanem prædicent,
Sed iustum, ut ipse iustus es, malo suo,
Meóque contrà te bono esse intelligant,
Commerita quæso ne recorderis mea:
Sic fiet ut, mendacij dum te arguunt,
Nec stare promissis tuis te existimant,
Verax in omnibus tuis sermonibus,
Iustúsque cunctis pareas, illa & tua

4 *Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum a contra me est semper.*

5 *Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, ut iustificeris in sermonibus tuis, & b uincas quum iudicaris.*

Bonitate uincas malitiam ipsorum suam.

6 Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.

6 Certè quod attinet ad me, id ingenuè uolo
Debeo fateri, nil boni carne in mea
Habitare: quin esse insitam in me noxiam
Natiuitatis à meæ primordio,
Quæ uel reluctantem ad malum me pertrahit.
Quippe ipsa dum me mater enixa est mea,
Obnoxium pariebat immensis malis,

7 Ecce enim ueritatem dilexisti, incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Noxæq; mortiferæ reum. 7 Sed tu tamen,
Cui ueritas grata extitit semper, quia
Me in Christum & unctum elegeras olim tuum,
(Indignus & si omni modo ac uia forem)
Dignum tua unius ipse duxti gratia,
Sapientiam occultam illam & abditam cui
Tuam indicares: at ego tanti beneficij
Oblitus immemórq;, breuem amori tuo

Asperges me domine hyssopo & mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor.

Fluxámq; prætuli uoluptatem. 8 quod est
Vltrà ergo remedium mihi misero super,
Ni me ut mea à noxa uelut hyssopo expies?
Quod pro tua in me gratia si feceris,
Mundabor: & si me ipse laueris, niue
Candidior euadam atq; longè purior.

9 Auditui meo dabis gaudium & lætitiam, & exultabunt ossa e humiliata.

10 Auerte faciem tuā à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.

11 Cor mundum crea in me deus, & spiritum d rectum innoua in uisceribus meis.

12 Ne proijcias me à facie tua, & spiritum sanctum tuum ne auferas à me.

9 Fac ergo læta ut audiam, & me gaudio
Perfunde, tum quæ uulneraras, & grauis
Contriueras dolore magno criminis mea e Heb quæ cõfregisti.
Ossa, simul ut tuo fauore fueris &
Amore prosecutus, hylarescent. age
10 A flagitijs ergo deus meis faciem tuam
Auerte, & omnes noxias dele meas: d Hier stabilē.
11 Et cor mihi mundum crea, ac rectum innoua,
Stabilémq; spiritum meis in intimis:
12 Nec me tuo fauore destitue, neq;
Longiùs ab illa propitij uultus tui

Expelle gratia: nec illum ſpiritum
Sanctum ac bonum tuum aufer à me: 13 *at præſta*

13 Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu e principali ⁾ confirma me.

e Hier. poen̄ti. vel munifico.

Per te mihi ſalute gaudio imbue:
Et principe illo ac liberali ſpiritu
Tuo ipſe me fulci, atq; confirma: 14 *tum eos*

14 Docebo iniquos uias tuas, & impij ad te conuertentur.

Qui perperam degunt, docebo uias tuas,
Ad te ut meo exemplo reuertant impij.
15 *Ergo innocentis ſanguinem fuſum Vriæ,*

15 Libera me de ſanguinibus deus deus ſalutis meæ, & f exultabit ⁾ lingua mea iuſtitiam tuam.

f Heb. cantabit, uel laudabit.

Seruator ô ne memineris deus, neq;
Spurcum atq; abominandum adulterium meum,
Et flagitijs ijs omnibus me ſolue quæ
Animam cruentant atq; conſpurcant meam:
Tum lingua prædicabit exultans mea,
Et ueritatem & miſericordiam tuam,
Qua iuſtum habere me impium dignatus es.
16 *Age ergo laudes cantet os meum ut tuas,*
Labia aperi, & linguam meam reſera ô deus.

16 Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam.

17 *Nam ſi placere credidiſſem uictimas,*
Externáue ulla ſacrificia tibi fore
Grata, obtuliſſem ſanè: at illa quum tibi
Accepta non eſſe audij, non obtuli,

17 Quoniam ſi uoluiſſes ſacrificium dediſſem utique holocauſtis non delectaberis.

18 *Nempe anteacti pœnitudine criminis*
Confractus animus, córq; contritum, unica eſt
Domino deo læta atq; odora uictima.

18 Sacrificium deo ſpiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum deus nō deſpicies.

Neq; enim mali dolore concuſſum ſui,
Suóque delicto cor attritum ô deus
Deſpicere conſueſti. 19 *age ergo nunc tua*
Benignitate erga Sion ſolita utere,
Solymorum ut extruantur illa mœnia:

g Heb. &.

19 Benignè fac domine in bona uoluntate tua Sion, g ut ⁾ ædificētur muri Hieruſalem.

20 *Tunc uictimas ſanctáſq; legis hoſtias,*
Externa mentis ſigna iuſtioris, ut
Primum tibi placere nouero, offeram:
Illóq; quos gratos habeas ſancto tuo

20 Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ oblationes & holocauſta, tunc imponent ſuper altare tuum uitulos.

Et inferorum ad ima præcipites ruunt.
17 Illorum enim regnant mala
In concilijs: interq; eos nequissima &
Abominanda crimina.
18 Ego uerò eorum aduersus impotentiam,
Dolósque clamaui ad deum:
Nec me ipse dedignatus est: nempe illico
Seruauit & tutatus est.
19 Instabam enim, pulsabam, & assiduis eum
Oratione ac lachrymis
Petebam, eiq; uespere ac meridie,
Et mane narrabam graues
Omnes calamitates & ærumnas meas.
Quare ad preces aurem suam
Accommodauit, meáq; uota exaudijt,
20 Nostrámq; spero ab hostibus
Iam propiùs insistentibus uitam eruet
Atque eximet, multi licet
Vt me neci dedant, propè admodum urgeant:
Sed ut sunt multi ac mali, &
Nimis feroces, si mihi fauet deus,
Penes me erit uictoria,
Victisq; eis in pace degam & otio.
21 Nam me audiet deus meus,
Eósque ualde deprimet, qui nil minis
Mouentur ipsius, sedens
Vt olim ab initio throno augusto in suo:
22 Nec quum semel decreuerit
Pronuntiare aduersum eos, sententiam
Mutabit, illis pessimo
Vitæ suæ à genere minime cessantibus,
Sed immorantibus, suis
In consuetis flagitijs, neque interim

g Fel. à prælio quod erat mihi.
h Hier & Fel. multi enim fuerunt aduersum me.
i non enim mutarunt prima uiuẽdi instituta.
i Heb. extẽdit manũ suã in pacificos suos. i. quibus cum pacifice degebat.

17 Quoniã nequitia in habitaculis eorũ, in medio eorum.
18 Ego autẽ ad deũ meũ clamaui, & dominus exaudiuit me.
19 Vespere & mane, & meridie, narrabo & exaudiet uocem meam.
20 Redimet in pace animã meam, ab g ijs qui appropinquant mihi: quoniã inter h multos erãt mecum.
21 Exaudiet deus, & humiliabit eos qui est ante secula.
22 i Non enim est illis cõmutatio, & nõ timuerũt deũ, extẽdit manũ suam in retribuendo.

Ipſum deum timentibus:
Qui brachium iam extendit & manum ſuam,
Vt reddat impijs prout
Merentur: inter quos familiaris meus
Eſt, qui ſe amicum iamdiu
Commentus integrum, auſus eſt tandem ſuis
Afferre conuictoribus,
Veríſque amicis hoſticam inijcere manum:

23 Cõtaminauerũt [l] teſtamẽtum eius, [m] diuiſi ſunt ab ira uultus eius, & appropinquauit cor illius.

23 *Et iure ſpreto ac legibus,*
Contráq; pactum iura amicitiæ ſacra
Perfregit: interim tamen
Occultat iram corde conceptam intimo
Externus ille uultus, &
Simulata ficti humanitas oris. nihil
Quippe eius ore humanius,
Nil ſuauius, nil mollius, nil lenius,
Vel ſi butyro conferas,
Quum bella moliatur interim & dolos:

[l] Hie. pactũ uel fœdus.
[m] Heb. lenius ac nitidius butyro os eorum, bella autẽ habent in corde ſuo.

24 Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleũ, & ipſi ſunt iacula.

24 *Eiuſq; quamuis quolibet*
Vnguento & oleo oratio ſit lenior,
Externa uerba ſi modo
Conſyderes, tamen intus haſta & lanceæ,
Ac dira tantùm ſpicula.

25 Iacta ſuper dominũ [n] curã tuam, & ipſe te enutriet, & non dabit in æternum fluctuationem iuſto.

25 *Sed tu anime mi, & quicunque non diſpar onus*
Moleſtiamq; ſubſtines,
Hanc ſarcinam reijce tuam in dominum deum,
Et ipſe tecum onus feret:
Omnemq; crede et tui curam ipſius,
Nam te fouebit, atque alet,
Nec fluctuare iuſtum, & incertum ſui
Hærere conſilij ſinet.

[n] Hie. charitatem tuam. Sel. & Chal. onus tuum.

26 Tu uerò deduces eos in puteum interitus.

26 *Tu uerò præcipites deus cunctos dabis,*
Vel uſque ad unum hoſtes meos,

In tenebricosum & letiferum inferni lacum.
27 At sanguinarij uiri, &
Circumuenire fraude quosque qui student,
Priusquam ad æui uenerint
Sui periodum, ætatis in medio occident:
Quando interim fiduciam
In te deus mi collocans, ridebo eos
Securus illorum omnium.

o Hie. attingent dimidiū dierum.

27 Viri sanguinum & dolosi nō n dimidiabūt dies suos, ego autem in te sperabo domine.

ARGVM. PSAL. 56.

Inscriptio psalmi indicat, cōpositum esse à Dauide, quū apprehendissent eum Philisthæi in Geth. Vt enim 1. reg. 21. scribitur, Ab initio quum Saulem Dauid fugeret, profectus est in Geth ciuitatem Philisthæorum, in qua cognitus, & ad regem tāquam publicus hostis delatus, & ut de eo supplicium sumeret adductus, insaniam simulauit: In hoc autem periculo constitutus de inimicis cum deo conqueritur, & eripi ab illis postulat: quod fore cōfisus, deinceps laudare deum proponit et uno illo fidere. Conuenit psalmus homini uehemēter ab inimicis afflictato, et in angustijs constituto.

Victori pro columba muta quæ procul auolauerat, Michthan Dauid, quum tenuerunt eum Philisthæi in Geth.

Psal. 56. Ode tricolos tetrastrophos, eiusdem mensuræ cum Psal. 20.

a Fol. absorbuit.

1 I Am tempus est ut me deus optime,
Vultu tuo blando aspicias, meis
Ab omnibus proiectum, & omni
Auxilio atque ope prorsus inanem.
Nam perduellis me meus undique
Ad deuorandum circuit: utq; me
Exhauriat, uiuumq; planè absorbeat, in cineremq; resoluat,

1 Miserere mei domine, quoniā a conculcauit me homo, tota die impugnans tribulauit me.

Omnes uias moliminaq; omnia
Pertentat, & totos penitus dies
(Ita hostico corde atque iniquo est)
Nil aliud facit aut meditatur,
Quàm quomodo me oppugnet & opprimat:

2 b Conculcauerunt me inimici mei tota die, quoniam multi bellantes aduersum me.

2 Nec solus ipse, ast innumeri quoque
Omni die atque hora dolos &
Insidias mihi nil meditanti,
Aut suspicanti talia, comparant,
Vt inscientem continuò opprimant.
Atqui parum esset si modo unus
Aggrederetur, & insequeretur:
At multi eisdem in me studijs deus,

b Vel absorbuerunt.

3 c Ab altitudine diei timebo, ego uerò in te sperabo.

Nec æquiore multo animo in dies
Pugnare non cessant: 3 ego autem
Qua mihi cunq; die insidias uel
Dolos struebant, aut etiam mihi
Metum adferebant, te deus unico
Nitebar, in te solo & uno
Præsidium omne meum statuebam
Aduersus illorum uiolentiam,

c Heb. legũt altissime, & iũgunt uersui præcedẽti, multi pugnãt contra me altissime & pro dieci, unde uersum incipiũt, legũt per diẽ.

4 In deo laudabo sermones d meos in deo speraui, non timebo quid faciat mihi e caro.

Iugesq; fraudes: 4 propterea dei
Lætabor atque gloriabor
Pollicitis, & ea omnia prorsus
Firmissimi posthac mihi erunt loco
Tutissimiq; præsidij, neque
Vnquam excidet, laude imò multa, &
Tempore perpetuo celebrabo
Quòd ipse mecum uerbum habuit: quia
Verò deo uno nitor, & omnia
Committo & illi credo, quidnam est
Postmodo quod metuam? Nihil ergo
In posterum contingere, nil potest

d Heb. uim.
e .i. homo mortalis.

Mihi(unde formidare timereue
A carne quidquam debeam)unquam
Accidere. 5 assiduè licet ipsi
Hostes mei quæcunq; ago uel loquor
Calumniantes, omnia pessimam in
Partem trahunt, & instituta
Ac studia illa sua omnia prorsus
Commoliuntur perniciem in meam,

5 Tota die uerba mea execrabuntur, aduersum me omnes cogitationes eorum in malum

f Hie. cōgregabunt & abscondent se.

6 Suísque in illis conciliabulis
Malo meo inuicem aggregati
Omnia sollicitè loca, & omnes
Vbi assueui cunq; domos, sed &
Pedum meorum quolibet in loco
Vestigia obseruant, mihiq;
Retia, & insidias studiosè
Tendunt: 7 ut omni saliat & uia
Et arte concludant animam meam:
Sed frustra & incassum. illa nempe
Ob sua flagitia atque nefanda
Admissa, frustra crediderint sibi
(Tam sunt mali & praui) ueniam dari.
Quamuis enim tantum augantur
Ad numerum, populos ut adæquent,
Tamen tuo illos præcipites dabis
Furore, & ira deijcies tua.

6 f Inhabitabūt & abscondent', ipsi calcaneū meum obseruabunt.

g Heb. quū exposcūt animā meam & inhiāt ad perdendam eam.

h Heb. propter iniquitatē liberabis eos, quasi dicat nō.

7 g Sicut sustinuerunt' animā meam, h pro nihilo saluos facies illos': In ira populos confringes.

8 Vita quidem mea instituta
Cuncta tenes: neq; enim tibi quidquam
Celare possum: imò quoties fugam
Capessi ob hostes, in numerato habes.
Ad lachrymas ergo meas iam
Respice mi deus, inq; tuorum aduersariorum illas refer obsecro
Libellum, & ipso pectoris in tui

i Hie. secretiorū mea numerasti. Fel. discursus meos numerasti. Chal. dies peregrinationis meæ

k Fel. utre.

8 Deus l uitā meā annunciaui' tibi, posuisti lachrymas meas in k cōspectu tuo.

Reconde claustro, tanquam in utre.

9 l Sicut & in promissione tua', cõuertentur inimici mei retrorsum.

9 Quumque tuum deus optime numen
Supplex rogabo, haud ambigo quin mei
Perterriti hostes, protinus in fugam
Vertantur, ut mihi ipse quondam es

l Heb. annon in aduersarijs tuis i tabulis rationum subsunt

10 In quacũq; die inuocauero te, ecce cognoui quoniã deus meus es.

Pollicitus: 10 siquidem deus ipse es,
Meusq́, fautor, nec deeris mihi:
Nam te meum agnosco dominum ac deum:

11 In deo laudabo uerbũ, in deo laudabo sermonẽ, in deo speraui non timebo quid faciat mihi homo.

11 Promissionem quamq́; uerbo
Pactus es ipse tuo mihi, cœlum
Ad usque tollam laudibus, omnibus
Et prædicado gentibus ac locis,
Vt te sciant ueracem: ego autem
Quandoquidem in domino positam spem
Hucusq; seruo, nil metuam aut dolos,
Aut hostium uires etiam omnium:
Commoliantur quàm uolent in
Me sua consilia impia, mundus
Ac nationes: non uereor mihi ut

12 In me sunt deus uota tua, quæ reddã laudationes tibi.

Metum timorémue incutiant: 12 deo
Enim mihi niti statutum est:
Vota cui mea reddere certum est,
Eiusq́; laudes psallere nomini.

13 Quoniã eripuisti animã meam de morte, & pedes meos de lapsu, ut m placeam coram deo in lumine uiuentium.

13 Quippe ipse me de faucibus inferorum, atræq; mortis liberasti.
Sæpius ipse meos titubantes
Gressus, inaccessa atque per inuia
Mundi huius ac asperrima saxa, ne
Offenderent labasceréntue
Continuisti: & eis, ut in istis

m Hel ambulem

Vitæ salebris tutus obambulem,
Largitus es uires: itaque accidet
Viuentium ut coram te in illa

Luce beatus agam, ac tibi gratus.

ARGVM. PSAL. 57.

Ex inscriptione psalmi, indicatur conscriptum eũ esse à Dauide, dũ lateret cum sexcẽtis uiris in desertis Engaddi ad interiorẽ partẽ spelũcæ, quò forte fortuna purgãdæ alui gratia profectum Saulem, et solum inuentum occidere noluit: sed præscissa extrema parte chlamydis eius, innocentiam ei suam testatus est. Quare et de præstito sibi auxilio hoc psalmo gratias agit, et in posterum dei misericordiam et auxilium postulat, ostendens inanes factas esse aduersum se inimicorum insidias. Inde uerò ad laudandum deum et illi psallendum sese accingit. Conuenit psalmus unicuique ab inimicorum insidijs liberato.

Victori, ne perdas David Micthan, quando fugit à facie Saul in speluncam.

Psalm. 57. Ode Tricolos tetrastrophos eiusdem mensuræ cum Psal. 6.

1 Nunc tandem miserere, obsecro te mei,
Obsecro miserere ô deus: ecce enim
De te pendeo totus,
Teq; innititur, & tibi
Confidit mea mens: 2 inq; tuarum ego
Alarum auxilio spero, quoad suum
Finem nacta sit, atque
Pertransiuerit hostium
Nostrorum impietas dira ferocium,
Nec portanda cuiquam uiolentia.
3 Quòd siquando premit me

1 Miserere mei deus, miserere, quoniam in te confidit anima mea.

2 Et in umbra alarũ tuarum sperabo, donec pertranseat iniquitas.

3 Clamabo ad deũ altissimũ, deum qui benefecit mihi.

Vrgétue ulla necessitas,
Implorabo deum altissimum & optimum,
Qui pridem benefecit mihi, quiq́; quod
In me cœpit, abundè &

4 Misit de cælo & liberauit me, dedit in opprobriũ conculcantes me.

Plenè perficiet. 4 *nam ego*
Quum multis miserijs afficerer, neque
Humani auxilij spes foret ulla: mox
E cælo adfuit ille,
Misitq́;, inde tot è malis
Qui me solueret, illisq́; calumnijs
Atque ex opprobrijs eximeret, quibus
Conculcauerat hostis,
Et me oppresserat impius.
Imò opprobria quæ in me iaculatus est
Insontem, cædere in caput ipsius.

5 Misit deus misericordiã suã, & ueritatẽ suam, & eripuit animã meam de medio catulorum leonum. dormiui cõturbatus.

5 *Quamobrem spero futurum*
Vt me in perpetuum deus
Consueta bonitate adiuuet: est enim
Promissiq́; tenax, & fidei suæ:
Me nempe ille leonum
Sæuorum è medio eruit,

6 Filij hominum, dentes eorũ arma & sagittæ: & lingua eorũ gladius acutus.

Inter quos habitans dormio, 6 *scilicet*
Crudeles homines inter, & impios,
Quorum lancea dentes,
Et feralia spicula:
Lingua autem ancipiti par gladio propè
Est & consimilis: tantum odio siquidem,
Et pura inuidia ardent.
Quapropter maledicere
(Commoliri aliud si nequeant malum)
Non cessant: sed ab ijs me deus eruit.

7 Exaltare super cælos deus, & super omnem terram gloria tua.

7 *Ergo te super orbes*
Cælestes deus, & super

Mundi regna tuam profer & explica
(Terrarum ut sit ubiq; agnita) gloriam,
8 Illi rete pararunt
Vt collaberer: & mihi
Struxere insidias, atque pedes meos
Illis implicuerunt laqueis suis,
Vt me deprimerent, af-
flictarentq; animam meam.

8 Laqueum parauerunt pedibus meis, & incuruauerũt animam meam.

9 Sed quam illi foueam coram oculis meis
Foderunt, in eam iudicio tuo
Incauti cadere, &
Primi præcipites eò
Lapsi, q̃ modicis absq; dei forent
Cælesti auxilio uiribus, omnibus
Ostendere: 10 quid autem
Pro tantis meritis deus,
Queis nos immeritos iugiter obruis,
Possim reddere! nam deficiunt meæ
Me uires, tibi dignas
Possim ut reddere gratias.
Atqui promptum animum mi deus offero,
Qui uirtute sua, qua ualet & potest,
Cantabit tibi semper,
Et psalmos modulabitur.

9 Foderunt ante faciem meam foueam, & inciderunt in eã.

10 Paratũ cor meũ deus, paratum cor meum, cantabo & psalmum dicam.

11 Surge ergo & modulos lingua mea exere:
Surge ô gloria, & ô dulce decus meum, ac
Expergiscere: iam olim
Laxas tende chelys fides:
Profer te cithara: prome tuos nablum
Versus atq; modos: eia age carmine
Expergiscere suaui.
Expergiscar enim quoq;
Summo mane 12 tuas in medio populi

11 Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara, exurgam diluculo.

12 Confitebor tibi in populis domine, psalmum dicam tibi in gentibus.

Vt laudes celebrem & commemorem, ac tui
Famam nominis omni
In gente atque loco canam.

13 Quoniam magnificata est usque ad cælos misericordia tua, & ueritas tua usque ad nubes.

13 Tam magna est siquidem ingens bonitas tua,
Vt cælum penetret prorsus ad intimum,
Vsque ad nubila uerò
Constantissima ueritas,

14 Exaltare super cælos deus, & super omnem terram gloria tua.

14 Atque impolliciatus summa fides tua.
Exaltare agedum mi deus, & super
Orbes sydereos, ac
Terram ultra penitus tui
Fac se conspicuam gloria nominis
Promat: quam metuat prauus & impius,
Laudet uerò & honoret
Semper uir bonus ac pius.

ARGVM. PSAL. 58.

Aduersus Saulem & assentatores eius aulicos conscriptus est hic psalmus, quorum explicata malitia futurum quoque prædicit exitium. Magnam uim habet psalmus aduersum parasitos, & calumniatores aulicos.

Victori ne perdas David Michthan.

Psal. 58. Ode monocolos, constans uersu Iambico Tetrametro, Aristophanio brachycatalectico.

2 Si uerè utique iustitiam loquimini, rectè iudicate filij hominum.

2 Q Vicunq; adestis iudicanti principi, atq; ea
O iudices tam sæpe gratia aggregamini,
Vt cuiq; ius dicatis, omnibúsq; quod suũ est
Reddatis, id pro iure dignitatéq; officij

3 Etenim in corde iniquitates operamini, iniustitias manus uestræ concinnant.

An facitis, ipsi iudicate, 3 an non magis nihil
Minus facitis, imò omnibus studijs & omnibus

Neruus in hoc incumbitis, ut quam mente iamdiu
Iniuriam molimini aduersus bonos, manus
Vestræ inferant, ipsamq; pro æquitate uenditent,
Sed fuco & umbra iustitiæ oblitam, atq; pauperi
Vim & innocenti iuris obtentu & boni adferant.
3 Namq; improbi natiuitatis initio suæ,
Moxq̃ editi in lucem fuere, extranei à deo,
Mancipia spiritus mali immundiq; & impii
Se reddidere, & matris ex utero suæ à uia
Recta atque honesta deuij, tantum meros dolos,
Fraudésq; cœperunt loqui, atque uerba inania &
Praua atque perniciosa: 4 nimirum uenenum habent
Latens quidem, at par pharmaco anguinumque toxico:
Quos si furore quando & ira corripi uides,
Exibilare anguem & furere eorum loco putes.
5 Vtq; ad susurros, & suauia illa q̃libet
Præstigiatorúmque docta carmina (illa ne
Exaudiat) obsurdescat aspis subdola, & suis
Præstigijs obturat aures: haud secus quoque
Audire sana commonentes prorsus abnuunt.
[a] Heb. cõtere. 6 Dentes eis igitur in ore contere ô deus,
Et quos leonum habent ad instar præferocium,
[b] Heb fráge. Collide frangéque, ut ne eis famam innocentis, &
Nomen bonum lacerare pergant, fac ut effluant
Ac more lymphæ colliquescant, quæq; spicula
In me tetenderunt, inania euolent, & in
Itinere medio conterantur: 8 sint eis uelut
Imbellibus limacibus uires: nec amplius
Quàm cera soli exposita durent: sed statim fluant
Et colliquescant: quæq; parturiunt mala, doli,
Iniuriæ, fraudes, abortiant: sed illico, ac prius
Quàm uiderint solem atque lucẽ: 9 uestræ & anteq̃
Adoleuerint spinæ usq; rhamni ad magnitudinem,

[c] Hie. uermis. Fel. cochlea. Chal. limax.
[d] Hier. quasi abortiuum mulieris quod nõ uidit solem. Fel. & Chal. uelut talpa.
[d] Hie. crescãt spinæ uestræ in rhamnum.

3 Alienati sunt peccatores à uulua, errauerunt ab utero, locuti sunt falsa.

4 Furor illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ & obturantis aures suas.

5 Quæ non exaudiet uocem incantantium, & ueneficii incantantis sapienter.

6 Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum, molas leonum [b] confringet dominus.

8 Sicut cera quæ fluit auferentur: [c] supercecidit ignis, & non uiderunt solem.

9 Priusquam [e] intelligerent spinæ uestræ rhamnum, sicut uiuentes, sic in ira absorbet eos.

Vellantur è terra, atq; succidantur ô uiri
Peruersi & impij: nec ætas uos breuis sinat
Nocere q̃ uum cupitis: ast acerrimo suo
Furore & indignatione summus arbiter,
Iustúsq; uos subuertat, è medio quoq; auferat.

10 Lætabitur iustus, quum uiderit uindictam, & manus suas lauabit in sanguine peccatoris.
11 Et dicet homo, si utique est fructus iusto, utique est deus iudicãs eos in terra.

10 *Et quum ipse iustus ultionem uiderit dei,*
Pœnásq; sumi de impio, se sanguine illius
Satiabit, atq; eo pedes lauabit & manus, *§ Heb. pedes.*
11 *Dicétq; quisquis ista uiderit: manent sua*
Viros bonos piósq; tandem aliquando præmia,
Estq; impiorum iustus ultor facinorum deus.

ARGVM. PSAL. 59.

Conscriptus est hic psalmus à Dauide, quum domum ipsius ad eum occidendum obsideri Saul iussisset, ut habetur 1. reg. 19. quo in periculo opem aduersus hostes pro sua innocẽtia postulat: quorum explicata malitia deo adiutore, cui uni nititur, maneis eorũ conatus fore sibi pollicetur. Demum illis imprecatus, deq; eorum perditione suoq; auxilio tanq̃ securus deo gratias agere promittit. Valet psalmus aduersum insidiatores.

Victori ne perdas Micthan David. quando misit Saul et custodiuit domum eius, ut eum interficeret.

Psalm. 59. *Ode dicolos distrophos, constans priore uersu iambico trimetro, altero pentametro.*

1 Eripe me de inimicis meis deus meus, & ab insurgentibus in me libera me.
2 Eripe me de operantibus iniquitatẽ, & à uiris sanguinũ salua me.

1 *Eruator innocentium, tu me meis*
S *(Qui ne quà elabar limina nostra tenent*
Obsessa) ab hostibus quæso eripe: ecce enim
Vim faciunt, ut me qua uia & arte ualent
Innoxium, ni protegis, mox opprimant.
2 *Eia agedum insontem protege iuste deus*

A sanguinarijs & improbis uiris,
Quos uita una modo flagitiosa iuuat
Peruersitati deditos: 3 qui clàm struunt
Insidias uitæ tendiculásq; meæ, &
Concilium in unius meum malum aggregant,
Quum numero & longè uiribus anteeant:
4 Quamuis eos omnino nil offenderim,
Nec malè quid de illis me meruisse putem.
Æquabilem uitæ meæ cursum trahens,
Atq; uiam recto tramite semper iens.
Illi mihi uerò immerenti omni uia
Vt noceant, studijsq; omnibus accelerant.
5 Sed iam satis dormisse uisus es, agedum
Euigila, inq; ipso temporis articulo
Exurge in occursum mihi, atque insaniam
Iam noli illorum dissimulare: uide
Tu, qui præesse prælijs nostris soles,
Atq; ut te ignoret natio nulla deum,
Et uindicem Israelis esse, & omnium
Vno qui fidunt nomine cunq; tuo,
6 Exurge, gentiúmq; causam iudica.
Illorum uerò qui improbitate sua,
Et obstinata malitia adducti pios,
Innocuósq; premunt, ne miserere deus.
7 Quum me obsideret hostis ac meam domum, ut
Venator prædam dum canis usq; suam
Insequitur, huc discursat atque illuc, famis
Impatiens: urbis non secus ille uias
A mane ad usq; uesperam lustrabat, hinc
Ne qua elabendi semita, nequa mihi
Domum meam egresso superforet uia.
8 Interea fraudes perniciémq; meram
Effutiens, secúmq; mussitans meam:

a Heb. insidiati sunt animæ meæ, congregati sunt aduersum me fortes.

b Hier. illi currunt & præparantur.

3 Quia ecce a ceperunt animam meã, irruerunt in me fortes.

4 Neque iniquitas mea, neque peccatũ meum domine sine iniquitate b cucurri & direxi.

5 Exurge in occursum meum, & uide, & tu domine deus uirtutũ, deus Israel.

6 Intende ad uisitãdas omnes gentes: nõ miserearis omnibus qui operantur iniquitatem.

7 Conuertentur ad uesperam & famem patientur ut canes, & circuibunt ciuitatem.

8 Ecce loquentur in ore suo, & gladius in labijs eorum, quoniã quis audiuit?

In labijs autem nil nisi mucro suis.
Dum quia latêre posse mortales putat,

9 Et tu domine deridebis eos, & b ad nihilum ? deduces omnes gentes.

Nec se audire deum posse putauit.⁹ ibi
Verò ô deus ,num tu tacebis,an magis
Sannis deridens usq; sequêris eum,
Simulq; gentes uniuersas, & procul

10 Fortitudinem meam ad te custodiam, quia deus susceptor meus es. Deus meus, misericordia eius praeueniet me.

Abijcies! ¹⁰ tum ego opem, robur & omne meũ
Vni tibi acceptum feram.arx etenim mea es,
Téque aduersarij uiribus ipse mei
Opponam, & in te fortitudinem meam
Constituam:mihi tu praesidiúmq; meum,
Clypeúsque es infractus:nec omnino ambigo
Quin me praeueniat gratia multa dei,
Ingénsque bonitas atque misericordia,
Ante hostis q̃ sit praeualitura mei

11 Deus ostendet mihi super inimicos meos, ne occidas eos, nequando obliuiscãtur populi mei.

Insania & dementia: ¹¹ qumque ex eo
Commeritum dextra uindice supplicium
Sumes,uidere id me fac.at uerò ô deus,
Illum ne subita internecione neca,
Obliuioni ne ultionem istam tuam
Det populus,si tam forte repens fuerit.

12 Disperge illos in uirtute tua, & depone eos protector meus domine.

¹² Sed postea q̃ languerit famelicus,
Infoelixq; modis omnibus,atque uagus,
Et inquietus,undecunque disiice,
Ac lento pedetentim opprime supplicio.
Ostende in illum uim tuam,ut te intelligat

13 Delictum oris eorum sermonem labiorum ipsorum, & comprehendãtur in superbia sua.
14 c Et de execratione, & mendacio annuntiabũtur? d in consummatione : in ira consummationis & non erunt.?

Praesidij nobis & clypei esse loco.
¹³ In flagitijs oris sui, & labijs suis,
Queis fastosa modo uanáque uerba crepat,
Carpatur atque irretiatur, & diris eum
Deuoue,ut illa oris commeruere sui
¹⁴ Mendacia & periuria:praeter enim ea
Nil aliud lingua,pectore nil aliud

b Heb. subsannabis.

c Heb. de maledictione & mendacio narrabunt aut loquẽtur. i. nihil aliud quã execrationes & mẽdacia in ore eorum.
d Hier. Consume in furore, consume, ut nõ subsistant.

Gerit. age talibus ergo contumelijs
Finem impone deus: néue aliquando suas
Redeat ad artes in furore illo tuo
Sic, ut praeterea nemo reuertat, eum
Suíq; similes funditus dele, 15 *ut sciaue*
Terreni à cunctis finibus imperij
Vnum esse qui Iudaeae & orbi praeest deum.
16 *Olim dum me illi persequerentur, erant*
Ab ortu ad occasum usque (ceu canis fremens,
Dum praedam insequitur nare sagace suam)
Ne qua manu elaberer eorum, omni uia
Cautè obseruantes. 17 *nunc deus opposita*
Ratione fac ut ceu canes famelici
Mendicent miseri, cúmq; labore sibi
Pastum atque potum quaeritent, nec reperiant.
Vt, dum os uentriculi quo satiare queant
Famelicis deficiet, ut canes latrent,
Et uacuo sub dio aethere uentre cubent,
Ac murmurent: 18 *ego interim uerò tuum*
Cantabo robur imperiúmque tuum,
Et mane ouabo de benignitate ea,
Quam mihi praestiteris. 19 *tu meus unus enim es*
Protector atque refugium in die aspero.
Quidquid enim est in me roboris atque animi,
Vni tibi acceptum feram: 20 *ô robur meum,*
Ad caelúmq; meis usque, & ad astra modis
Te tollam & eueham, quia adiutor meus
Atq; unus bonitas es mihi summa deus.

15 *Et scient quia deus dominabitur Iacob, & finium terrae.*

16 *Conuertentur ad uesperam, & famem patientur ut canes, & circuibunt ciuitatem.*

17 *Ipsi dispergentur ad manducandũ, si uerò non fuerint saturati, & murmurabunt.*

18 *Ego autem cantabo fortitudinẽ tuã, & exaltabo mane misericordiam tuã.*

19 *Quia factus es susceptor meus, & refugium meum in die tribulationis meae.*

20 *Adiutor meus tibi psallã, quia deus susceptor meus es, deus meus, misericordia mea.*

ARGVM. PSAL. 60.

Cõscriptus est à David hic psalmus pacta pugna aduersus Syriã, Mesopotamiam, et Syriã Soba, quando reuersus

Ioab in valle Salinarum percussit Edomitarum siue Idumæorum 12. milia: de quibus bellis vide 2. reg. 8. et 1. paralipome. 18. et 2. reg. 10. ac. 2. paralip. 19. David igitur post habitas de Syris, Ammonitis, Palæstinis, et Idumæis victorias, quo maiorem in se dei beneficentiam ostendat, describit ab initio psalmi qualis q̃que malè habitus fuerit statim à morte Saulis Israelitici populi status, triumphantibus in medio Israeliticæ terræ Philistæis, tamq; durè adflictato ea ætate populo. Deinde promissionum dei memor, illisq; animatus et fisus, sibi deo ducē Israelitici populi et imperij dilatationē promittit, cuius auxilio fusurus sit aduersarios et usq; in extremam Idumæam penetraturus. Congruens est Psalmus principi Christiano aduersus infideles nationes pugnaturo.

Victori pro lilijs pulchritudinis. Micthan David ad docēdum quando pugnauit aduersus Syrium Mesopotamiæ, et aduersus Syriā Sobal, et reuersus est Ioab et percussit Edō in valle Salinarum. 12. milia.

Psal. 60. Ode dicolos distrophos, constans priore metro Asclepiadeo, 2. iambico dimetro.

3 Deus repulisti nos & destruxisti nos: iratus es, & misertus es nobis.

3 *Qui quondam expuleras uindice dextera,*
Proculq; ob id nos sparseras,
O iudex deus & consideras, quòd &
Infenso & hostili fores
Contra nos animo, tandem aliquando te
Placabilem monstra, & tuam
Iram auerte, tuique ò populi deus
Misertus, ad nos iam redi.

4 Commouisti terram & conturbasti eam, sana contritiones eius quia commota est.

4 *Terram olim grauiter concutiens tuo*
Illo furore sic eam
Fecisti tremere, ut de solida basi
Disiuncta ualde hiasceret.

Fissuram refice ergo illius,ecce enim
Vacillat,ac iam iam propè est,
Ni tu substineas funditus ut ruat.
3 Nam dura perpessi mala, 3 Ostendisti populo tuo dura,potasti nos uino a compunctionis.
Pro nostris meritis commeritus diu
a Fel.anxietatis. Pœnas graues perpendimus:
Quum nos terrifico illo & calice,& tui
Diro furoris poculo
Potos,in rabiem egisti animi,ac meram
Insaniam & dementiam.
4 At tandem miseratus,metuentibus 4 Dedisti metuentibus te significationem, ut b fugiant à facie arcus,
b Felix & Chal.ut exaltentur propter ueritatem. Nomen tuum sanctum,& tibi
Confidentibus unum auxilij tui
Signum dedisti cælitus:
Quod sublime ubi respexerit hostium
Agmen meorum,mox fugam
Viso illo capient,terrificantis ubi
Arcum furoris uiderint
Te sumpsisse tui,quo tuearis,&
Ab impetu nos protegas
Illorum,atque ita te ueridicum fore,&
Promissa seruare induces:
Et quicunq; suam spem positam in te habent,
Triumphum elati agunt,
Quòd tu in pollicitis uerus es omnibus,
Tibiq; ades fidentibus.
5 Ergo nunc etiam mi deus ut malis 5 Vt liberentur dilecti tui,saluum fac dextera tua, & exaudi me.
Iis liberentur quos habes
Charos usque adeo,dextera eius tua
Victoriam affer,quodq; ego
Supplex ex animo postulo,ne abnue:
c He. Sceth. 6 Sed ô benignitas dei, 6 Deus locutus est in sancto suo, lætabor & partibor Sichimam, & conuallem c tabernaculorum metibor.
Atque ingens bonitas,qui immerito mihi

De sanctuario suo
Respondere uolens, uerbum etiam bonum
Adiecit: hincq; ouabo & hac
Me spe in perpetuum nixus, & optima
Et omnium certissima
Substentabo: meóq; arbitrio Sichem
Partibor, & uallem Suchoth

7 Meus est Galaad, meus est Manasses, & Ephraim fortitudo capitis mei.

Vt uisum fuerit metiar, 7 *ac mihi*
Subiecta erunt prorsum omnia,
Quæcunq; in Galaad sunt regionibus,
Quæq; ad Manassem pertinent.
At nostri imperij robur in Ephraim,

8 Iuda d rex meus,' Moab olla e spei meæ.

d Hier. legifer meus.
e Heb. lauacri seu ablutionis .i. ad lauandos pedes.

8 *A consilijs autem est mihi*
Iudæ illa tribus insignis, ubi mei
Sedem & tribunal imperij
Visum est figere: sed pelluuij loco
Tantùm abluendos ad pedes
(Postq̃ subdiderim illum) mihi erit Moab.

9 In Idumæam extendam calceamentũ meum, mihi alienigenæ subditi sunt.

9 *Porrò usque in Edom calceos*
Extendam: sed & omnino etiam exteræ
Se legibus gentes meis,
Vltróque arbitrio subijcient meo.
Quin & Palæstini quoque
Cum plausu uenient imperium ad meum,
Et supplices dabunt manus.

10 Quis deducet me in ciuitatem munitum? quis deducet me usq; in Idumæã?

10 *Munitum quis enim præsidium dabit,*
Arcémque inexpugnabilem ut
Expugnare queam, & uictor eò ingredi?
Quis me usque ad Edom ducet, ut
Illic sacra deo canticáq; offeram?

11 Nonne tu deus qui repulisti nos, & non egredieris deus f in uirtutibus nostris?

f Vel. cũ exercitibus nostris.

11 *Nónne ipse tu deus potens,*
Qui nos expuleras atque reieceras,
Nec bella nobiscum tuis

Bellabas solitus uiribus! 12 ergo age ex
Angustijs nos eripe,
Queis constringimur, & suppetias deus
Affer: neque est enim unde quis
Sperare auxilium debeat aut queat,
Præter te ab uno: nam salus,
Et quodcunq; aliunde auxilium uenit,
Vanum atque planè inutile est.
13 At uirtute dei rem bene & optime
Geremus, imò ille ipsemet
(Ne quis fortè suis uiribus id putet
Factum esse) nostros opprimet
Conculcans inimicos, & eos sua
Virtute sola conteret.

12 Da nobis auxilium de tribulatione, quia uana salus hominis.

13 In deo faciemus uirtutē, & ipse g ad nihilum deducet tribulantes nos.

g Heb. conculcabit.

ARGVM. PSAL. 61.

Petit hoc psalmo Dauid liberari à periculis, deinde se statim exauditum esse congratulatur, regni sui stabilitatem & æternitatem sibi promittens: quod quum in Dauide completum non sit, de Christo intelligere oportet: præsertim quū hunc uersiculum: dies super dies regis adijcies, annos eius usq; in diē generationis & generationis: Chaldaica uersio interpretetur hoc modo: Dies mundi futuri super dies regis Messiæ. Ab inimicis ergo suis Iudæis liberari Christus precatur. Eucharisticus est psalmus, ualetq; ad gratias deo post percepta beneficia agendas.

Victori in Neginoth Psalmus Dauid.

Psal. 61. Ode monocolos, cōstās ut prior uers. Psal. 12.

a Hier. laudationē Pæl. clamorem.

1 VOciferātē ad te exaudi deus, & precationē
Quæso intende meam. 2 de finibus, ac procul remotus
Terræ limitibus pridem inuoco, téq; flagitator

1 Exaudi deus a deprecationem meā, intende orationi meæ.
2 A finibus terræ ad te clamaui, dum anxiaretur cor meum: in petra exaltasti me.

Inclamo assiduus, corde anxio & inquieto. 3 *age ergo* [b]
Vt diris securus ab hostibus usquequaq; degam,
In rupem fac me conscendere, quo me apte, ui non
Tantùm ego non, sed nemo ascendere possit. ipse nẽpe
Tu mihi præsidium, in quacunq; sui necessitate,
Tu mea spes atque arx fortissima, siquis innocentem
Impetit. 4 *ergo tuis ego in ædibus omne uiuã in æuũ,*
Atque sub alarum tutus latebris agam tuarum.
5 *Nostras namque preces deus optime semper audijsti,*
Augustúmq; tuum nomen metuentibus, dedisti
Quæ sunt cunq; illis opus, omnia possidenda, tanq̃
Veris legitimísq; hæredibus. 6 *at dies & annos*
Annis adijcies, regísq; diebus usquequaq;,
7 *Vt coram domino per secula cuncta permanere*
Atque sedere queat. nunc ergo tua benignitate
Impartire illum pater optime, ueritatem ut illam,
Iustitiamq́; tuam in se agnoscat, & ijs ad instar arcis [c]
Munitus seruetur ab hostibus. 8 *id parens benigne*
Pro bonitate tua si feceris, omnibus diebus
Nomen honorabo, modulísq; meis tuum celebre
Efficiam, ac persoluam quæ tibi cunque uota uoui.

3 b Deduxisti me quia factus es spes mea, turris fortitudinis à facie inimici.

4 Inhabitabo in tabernaculo tuo in secula, protegar in uelamento alarũ tuarum.

5 Quoniam tu deus meus exaudisti orationem meam, dedisti hæreditatem timẽtibus nomen tuũ.

6 Dies super dies regis adijcies, annos eius usque in diẽ generationis & generationis.

7 Permanet in æternum in conspectu dei: c misericordiã & ueritatẽ eius quis requiret?

8 Sic psalmum dicã nomini tuo in seculũ seculi, & reddam uota mea de die in diẽ.

b Heb. deducas, uel deduc.

c Hier. misericordia & ueritas seruabũt eum. Fel. misericordiam & ueritatem præpara, custodiẽt illam.

ARGVM. PSAL. 62.

Iam toties à Saulis insidijs alijsq́; periculis diuina ope liberatus David exhortatur hoc psalmo, et se et omnem populum uno deo niti ac fidere, nullamq́; planè in ullo homine aut cuiusuis uiribus ac diuitijs spem collocare: q̀ nihil sit homine, mortaliumq́; rebus omnibus uanius atque inanius: quibus qui fidit deum sentiet ultorem: sicut contrà qui ipso nititur, remuneratorem. Valet psalmus ad confirmandam mortalium in unum deum fiduciam.

Victori pro Idithum psalmus David.

Psalm. 62. Ode Dicolos tetrastrophos, constans prioribus metris tribus Asclepiadeis, quarto glyconico.

a Hier. Et tamen apud deũ silebit anima mea. Fel. certè ad deum respiciat anima mea.

1 Væ me cunq;(grauis sit licet, ac meis
Q Impar uiribus) impellat & urgeat
Fortuna, aut nimium dura necessitas,
Id nunq̃ efficiet tamen,
Vt tanq̃ impatiens & queribundus eam
Ob rem murmurem. at unum dominum & deum
Expectabo silens, & uelut arbitro
Longè æquissimo & optimo
Caussam illi, penitúsque omne negotium
Commendabo meum, me penitus quoque
Illi subijciam: 2 nam meus unicus
Seruator, meus est deus.
Quin rupis loco, & infracti etiam mihi
Scuti, atque una salus est mea, & unicum
Robur: non igitur magnopere mihi
Formidandum erit in uia,
Ne quando titubem, neu grauius ruam
Fulcro tam stabili, & tam solida basi
Nixus. 3 quos igitur uestra procacitas,
Et mens improba terminos
Tandem quæso habitura est? satin ac super
Se uestræ insidiæ atque innumeri doli
Produnt? non aliquando & mihi & omnibus
Qui rectas ineunt uias,
Peruersè insidiari ac malè perdere
Vnumquemq; quiescetis? an excidit
Quàm uicinus adest, uos & uti premat
A collo interitus? Quid enim omnes uos aliud q̃ paries uetus

1 a Nõne deo subiecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meum.

b Hier. scutum meum. Fel. rupes mea.

2 Nã & ipse b deus meus, & salutaris meus, susceptor meus, nõ mouebor ãplius.

c Hier. Insidiamini.
d Fel. occidemini.
e Hier. quasi murum inclinatus & maceria corruens. sub. estis.

3 Quousque c irruitis in hominem? d interficitis uniuersi, uos e tanquã parieti inclinato & maceriæ depulsæ.

Aut casum minitans ac propè iam labans

4 Veruntamen f pretium meum cogitauerunt repellere, cucurri in siti, ore suo benedicebant, & corde suo maledicebât.

Sepes estis! 4 & illum præcipitem tamen
Omni arte atque uia dare
Vultus, quem deus imo è populo extulit:
Frustrari precio mêq; meo, atq; ea
Prorsum parte, mihi quam dominus dedit.
Quanq̃ hoc non facinus nouum est,
Vobisq; insolitum: semper enim sua
Diuinis cupiunt consilia impij
Præferre, at temerè; non etenim ut uolent
Fiet: quandoquidem nihil
Quàm mendacia amant: ore suo bene
Dicunt, corde uolunt atque animo male.

f Pal. Certe propter exaltationem eius inierunt consiliũ.

5 Veruntamen deo subiecta esto anima mea, quoniã ab ipso patientia mea.

5 Tu uerò patienter dominum deum
Expecta mi anime, & silens
Illum respice in unum, ac penitus te et
Totum subde: ab eo nempe mea omnis est
Expectatio: quodcunq; bonum moror,
Illo manat ab unico.

6 Quia ipse deus meus, & salvator meus, adiutor meus, non g emigrabo.

6 Propugnator enim ipse est meus, & deus,
Et seruator, & arx, & basis, & petra:
Quare nil metuam, nec, licet undiq;
Oppressus, titubabo, uel

7 In deo salutare meũ, & gloria mea, deus auxilij mei, & spes mea in deo est.

Nutabo: 7 siquidem nostra salus deus
Est & gloria, robûrq; meum, & decus.
Posthac ergo iuuat, tutam ut in anchoram,
Spes omneis in eum meas

g Hier. Non mouebor.

8 Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda uestra, deus adiutor noster in æternum.

Vnum ponere: 8 quin illo etiam ut basi
Vos niti ô populi, & fidere iugiter
(Si rectum cupitis consilium sequi
Ac sanum) moneo & rogo.
Cor ergo atq; animum, & consilia omnia
Planè effundite tanq̃ ipsius in sinum:

Quod si feceritis, uos dubiò procul
Cunctis eruet è malis,
Nam nunquam ille suos deserit, ast eos
Opportunus & in tempore protegit.
9 *Contrà, omnes homines, nil nisi uanitas:*
Imò si nihilo minus
Est quidquam, omni homine est maius, & id quoque
Quod planè minus est quam mera inanitas
Siquando in bilibri appenderis, alterámque
In lancem simul omnium
Immensas hominum diuitias, opes,
Et uires, minus ipso nihilo est homo.
10 *Quorsum ergo in nihilo fiditis? ergo age*
Ne confidite ui ac dolo
Partis diuitijs, néue calumniam
Cuiquam unquam struite, aut uana & inania
Consectamini: ubi autem superauerint
Vel planè ad lubitum tuum
Vtendæ tibi opes, ne nimium applica
Aut illis animum adiunge ita inanibus.
11 *Nimirum à domino sæpius audij*
Ex sacro ore prophetico
Non spernenda duo hæc dicta, quod uni ei
Virtus, imperium, ac summa potentia
Verè propria sint: quódque benignitas
Illi desore non potest.
Est ergo dominus fortis ut impios
Possit perdere: clemens etiam, ut pios
Conseruare, & eorum acta uti uixerint
Æqua lance rependere.

h Vel. In staterris ut ascendant ipsi magis uanitate simul. i. appendantur in statera filij hominum cum ipsa uanitate ascendent & eleuabuntur tanquam leuiores & inaniores.

i Heb. calumnia.

9 Veruntamen uani filij hominum, mendaces filij hominum h in stateris ut decipiant ipsi de uanitate in idipsum.

10 Nolite sperare in i iniquitate, & rapinas nolite concupiscere diuitiæ si affluant, nolite cor apponere.

11 Semel locutus est deus, duo hæc audiui, quia potestas dei est, & tibi domine misericordia, quia tu reddes unicuique iuxta opera sua.

Titulus indicat editum esse à Dauide psalmum, quum esset in deserto Iudææ. Nam ut 1. reg. 26. scribitur, profugus ab ira Saulis Dauid, in deserto Ziph, quod ad tribum Iudæ pertinet, diu latuit: quo tempore non licebat ei solennibus in urbe festis adesse, et deo sacra facere. Itaque ardens desiderio colendi dei, quum per exilium facere id non posset, asserit se in deserto non minus diuinarum rerum contemplationi uacaturum, quàm si in sanctuario esset, sed laudum hostias et sacrificia cum gaudio oblaturum, tandemque inimicos irritis ipsorum concilijs pessundatum iri. Valet psal. ad reijciẽdam uanam spem in hominibus, & collocandam in deum hominum fiduciam.

Psalmus David cum esset in deserto Iuda.

Psal. 63. Ode dicolos distrophos, constans priore uersu iambico dimetro catalectico, 2. Pherecratio.

1 *Deus deus meus ad te de luce uigilo.*

1 D*Eus deus meus tu*
Quum sis ô deus & rex
Dominúsque summus, ad te
Summo mane, priusq̃
Sol & dies oriri, ac
Primam spargere lucem
Inceperit, recurram, &
In te unum uigil intendam, ac te unicè requiram.

2 *Sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea.*

2 *Nam te unum uehementer*
Tanq̃ siticulosus
Expectat meus iste
Animus, meique uires

Huius corporis omnes.
3 Nempe in solo isto, in quo ægrè
Tutas quæro latebras,
Miseréq; uiuo (quippe
Deserto nec aquoso
Et inuio) putarem
Æquo cuncta ferenda
Animo, modo mihi te
In templo licitum esset
Illo tuo sacro atque
Augusto celebrare,
Meáq; qualicunq;
Laude efferre: sed istud
Quando exuli mihi iam
Non ultrà datur, haud te
Tamen secus quàm in ipso
Augustæ medio urbis,
Tuáque in æde sacra
Contemplabor, uti mea
Infirmitas ualebit,
Et tempus feret: illam
Vt gloriam tuam atque
Virtutem, quoad eius
Licet, uidere possim.
4 Nempe optabilis atq;
Quantumlibet beata
Vita plus preciosa est
Benignitas tua illa.
Quapropter celebrabo,
Quantibusq; labris
Collaudabo deum te, &
Dominum meum: 5 nec unquam
Donec uixero (quanquam

3 In terra deserta, inuia & inaquosa, sic in sancto apparui tibi, ut uiderem uirtutem tuam & gloriam tuam.

4 Quoniã melior est misericordia tua super uitas, labia mea laudabunt te.

5 Sic benedicã te in uita mea, & in nomine tuo leuabo manus meas.

Æger miserq; dego)
Te laudare quiescam,
Tuumq; nomen ingens.
Imò uerò ubicunq;
Pronuntiabitur, mox
Supplex ad te & adorans
Manus utrasq; tendam:
6 *a Et quum me satiaris*
Illa tui beata,
Vt pinguedine opima,
Inspectione uultus:
Exultabit ouans, &
Laudabit os meum te,
Ac semper celebrabit.
7 *Et quum tui in cubili*
Ipsa nocte silenti
Memoria me subibit,
Mox te unum meditabor,
Diluculoq; summo
Totam projiciam in te
Curam meam, atque mentem
Omni tempore & hora,
Noctisq; singulas per
Partes excubiasq;:
Nam me in necessitate
Iuuisti: b atque ob eam rem
Tuarum alarum in umbra
Posthac tutus ouabo.
Quia uerò adhæsit ad te
Vnum mens mea semper,
Suscepit & uacillan-
tem erexit tua dextra.
9 *Frustrà ergo qui mihi hostes*

6 *Sicut adipe & pinguedine a repleatur anima mea, & labiis exultationis laudabit os meum.*

7 *Sic memor fui super stratum meũ, in matutinis meditabor in te, quia fuisti adiutor meus.*

8 *Et in uelamento alarũ tuarũ b exaltabo, adhæsit anima mea post te, me suscepit dextera tua.*

9 *Ipsi uerò c in uanum quæsierunt animã meam, introibũt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij, partes uulpium erunt.*

a Heb. satiabitur.

b Hier. laudabo. Fel. cantabo.

c Fel. ad deuastationem.

Sunt, & perdere quærunt
Animam meam laborant:
Quin istud male uertet
Illis, ob idq; quòd me
Insontem petierunt.
Inferna ad ima uiui
Descendent cruciandi,
Subterq; terram abibunt
Vt Dathan & Abiron:
Et hostium suorum
Planè deuenient in
Manus, famelicisq;
Fient uulpibus esca.
10 *Et cum deo interim ipse*
Rex lætabitur: obq;
Eius fauorem ouabit.
Et quicunq; per illum
Iurat, modo nihil si
Vsquam augustius illo,
Diuiniusq; credat.
Obturabitur autem
Osq; obstruetur illis
Qui mendacia dicunt,
Et cogitant iniqua, ac
Tantum uana loquuntur.

10 Rex uerò lætabitur in deo, laudabuntur omnes qui iurãt in eo: quia obstructum est os loquentium iniqua.

ARGVM. PSAL. 64.

Scripsit hunc psalmum David, aduersum Saulis assentatores calumniatoresque suos & delatores, quorum mores & ingenia describens, exitium quoque prædicit, futurumq; ut ipse ac iusti omnes dei misericordia lætentur & glorientur. Valet psalmus aduersus calumniatorum peruersitatem.

Victori psalmus David.

Psalm. 64. Ode dicolos distrophos, constans priore tetrametro dactylico hypercatalectico, altero Pherecratio.

1 Exaudi deus orationẽ meam dum deprecor, à timore inimici eripe animam meam.

1 E Xaudi deus alme preces,
Clamoremq; meum dum
Ad te clamo & uociferor,
Ac te deprecor: & me
Hostiles contra insidias
Ærumnas recitantem,
Diversosq; meos casus,
Tutare obsecro, ne me

2 Protexisti me à conuentu malignantium, à a multitudine operantium iniquitatem.

Perterrefaciant. 2 coeunt, a Heb. tumultu.
Clandestinaq; praui
Concilia & coetus agitant,
Vt qua fallere cunq;
Insontem arte uiaq; queunt,
Fallant. at deus illo
Me à conuenticulo eripe, & à
Turba illa scelerata, ac
Peruersorum hominum fremitu:

3 Qui exacuerunt ut gladium linguas suas, intenderũt arcũ rem amaram, ut sagittent in occultis, immaculatum.

3 Qui me ut pungere possint,
Linguas non secus ac gladios
Ad cotem exacuerunt,
Atque tetenderunt ueluti
Fortem arcum, quibus in me,
Ceu feralia tela, uibrent
Linguæ uirus iniquæ:
Et clàm insontem percutiant.

4 Subito sagittabũt eum, & nõ timebũt: firmauerũt sibi sermonem nequam.

4 Quem nil tale merentem
Sed nec opinantem subito

Attingent: neq; quemquam
Aut diuûm aut hominum metuent:
Illam nempe quod in rem
Obfirmauerunt animum,
Iamdudum ut meditatum
Conceptumq́; animo facinus
Patrent: 5 deq́; parandis
Inter se insidijs statuunt.
Nec deprendere quemquam
Artes insidiásue suas
(Dementes adeo sunt
Et uæsani) posse putant.
Nam quis cernere possit,
Aiunt, quos illi laqueos
Secretò obijciemus?
6 Porrò artes ac mille modos
Lædendi atque nocendi
Scrutantur: quinimò adeò
Sunt toti in meditando
Et consultando, nihil ut
Noctes atque dies quàm
Commententur, perdere quî
Possint innocuos. 7 Sed
Spicula non prouisa deus
Tam durè atque repente
Summi iudicij è pharetra
Mittet, uulnere prorsum ut
Sæuo atque immedicabili, eos
Ad cor usque penetret.
Nam quum magnificare uolet,
Maioremq́; homo sese
Quàm par est facere, illico se
Exaltabit, ut illum

5 Narrauerunt ut absconderent laqueos, dixerunt quis uidebit eos?

6 Scrutati sunt iniquitates, defecerunt scrutantes scrutinio.

b Hie. leg. & cogitatione singulorum & corde profundo. i. scrutati sunt singularibus cogitationibus & corde profundo. nam Heb. iungunt hunc uersum cum præcedente.

7 b Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur deus.

Infernè abijciat deus, &
Paruo quoq; minorem
Reddat. Quinetiam opprobria
Et conuicia quotquot
Nisi sunt inferre suis
Mox impingere linguis
Cernes: quinetiam & proprijs
Telis conficientur,
Perdenturq́; suis technis.

8 Sagittæ paruulorũ factæ sunt plagæ eorum, & infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum.

8 Et quascunq; sagittas
Miserunt contra innocuos,
Imbelles, puerorum ut
Ludentum iacula esse solent,
Euadent, sineq; ullo
Vulnere: quum interea proprijs
Linguis atque sagittis
Confecti usque adeò miserè
Disperdentur, ut illos
Nemo cernere sustineat.

Hle. Sagittabit eos deus iaculo repentino, inficientur plagæ eorum, & corruent in semetipsos linguis suis.

9 Conturbati sunt omnes qui uidebant eos, & timuit omnis homo.

9 Sed quicunq; uidebit,
Auertat procul inde oculos:
Obq́; hanc iudicis iram,
Vltorisq; dei facinus
Tantum ac tam memorandum
Formidet, 10 *narretq; alijs*
Et miranda dei, qui
Intellexerit acta suos
Gnatos atque nepotes,
Progeniemq́; omnem doceat:
Illum ipsum ut reuereri
Tanquam iudicem, amare uelut
Patrem condocefiant.

10 Et annuntiauerunt opera dei, & facta eius intellexerunt.

11 Lætabitur iustus in domino, & sperabit in eo, & laudabuntur omnes recti corde.

11 *Ipse autem interea domino*

Summo iudice iustus
Vir lætabitur, atque suam
Omnem ponet in illo
Spem ac fiduciam, & unico eo
Fidet: porrò etiam qui
Syncero corde atque animo
Est & pectore miti,
Exultabit cum deo eritq;
Illi gloria perpes.

ARGVM. PSAL. 65.

Sunt qui dicant Hebræorum in Babylone postea captiuorum, fiduciam in deum à Dauide prophetice describi, cui uni bonorum omnium laudem in captiuitate tribuāt, quique promissionis diuinæ confidentia utcunque de lique rint reditum in sanctam ciuitatem et templum, bonorumque omnium affluentiam tum sibi polliceantur adfuturam, tum adfore precentur. Mihi de Christi ecclesia (siquidē propheticus est psalmus) prædixisse Dauid uidetur, quam deo bona sua imputare faciat, cuiq; in eum fidenti bona omnia adfore optet ac prædicet. Valet psalmus ad erigendam piorum in deum fiduciam.

Victori Psalmus et Canticum Dauid.

Psal. 65. Ode dicolos distrophos priore phaleucio hendecasyllabo, altero dactylico Alcmanio.

s Te decet hymnus deus in Sion, & tibi reddetur uotum in Hierusalem.

S Iquidq̄ deus hoc in orbe rectè, aut
Egregiè geritur, tibi uni
Acceptum referant oportet, omnes
Prorsum homines: etenim bonorum
Te laus gloriaq; omnium manet decetq;,
Quam tibi reddimus in Sionis
Sancto monte tuo & celebri, ubi si

Pollicitus fuerit, deoue
Quid quis uouerit, illico sibi uult
Reddier absq; mora: haud enim ille
Te cogit sibi quidpiam uouere:
Vult tamen omnia uota reddi.
Ergo nostra deus bone & benigne,
In Solymis tibi cuncta uota

2 *Exaudi deus orationem meam, ad te omnis caro ueniet.*

Reddemus: 2 *quia enim preces tuorum*
Non reijcis, sed eas lubenter
Exaudis, ideò caro omnis, hoc est
Omne hominum genus ad te adibit.

3 *Verba iniquorũ præualuerũt super nos, & impietatibus nostris tu propitiaberis.*

3 *Nam cum crimina nostra præualerent,*
Et grauiter premeremur illa
Oppressi undique mole noxiarum:
Nullus erat scelera expiare
Qui tot nostra ualeret, ac lauare,
Ni bonitas tua præueniret
Ac nos ablueret, uetusq; nostri
Primigeni patris expiaret

4 *Beatus quẽ elegisti & assumpsisti: inhabitabit in atrijs tuis.*

Delictum. ô 4 *igitur nimis beatum*
Quem sociaueris ac propinquum, &
Vicinum tibi feceris, tua illa ut
Incolat atria: 5 *nam datore*

5 *Replebimur in bonis domus tuæ, sanctum est templũ tuum, mirabile in æquitate.*

Te cunctis simul ædium tuarum
Delicijs satiabitur: queis
Speramus quoque perfrui & repleri:
Atque tuam in medio sacrarij &
Templi cernere gloriam: unde nobis
(Iustitia horribili & stupenda,
Quanquam sis metuendus ac uerendus)
Respondere tamen salutis
Auctor causa & origo prima nostræ
Es solitus, patribusque nostris

6 *Nos ergo deus unica omnium spes,*
Atque salus hominum, uel ipsa
Terræ extrema habitantium, marisq;
Longius hinc positi, tua illa
Exaudi bonitate: 7 *qui potenti*
Robore consolidas petras, &
Saxa ingentia: quiq; parte ab omni
Cinctus es egregia potentia
Ac uirtute, marisq; flatuosi
Comprimis ac retines tumultus,
Vndarumq; sonos tumultuantum
Pacificas, ualidosque fluctus,
Nec secus populos tumultuantes:
8 *Quiq; loca ultima, & hinc remotam*
Terræ partem habitant, tui illa cœli
Lucida signa ubi uiderint &
Cursum continuum, ordinem situmq;,
Tam bene dispositasq; sedes,
Tuum cum ueneratione numen,
Cumq; stupore animi timebunt:
Solis quos orientis atq; primo
Mane suos radios per orbem
Latè discutientis, & tenebras
Expellentis, ouare luce,
Omnemq; exigere, & procul fugare
Tristitiam facies: nec illud
Ob solis modo lumen in die, sed
Nocte etiam ob nitidum & decorum
Lunæ corpus & omnium uniuersè
Syderum eos hilarabis: ijs ut
Te laudet magis agnitus magisq;.
9 *Nec modo lætitijs deus nos*
Istis exhilaras, sed uniuersum

a Vel. irrigasti.

6 Exaudi deus salutaris noster, spes omnium finium terræ & in mari longè.

7 Præparans montes in uirtute tua, accinctus potentia qui conturbas profundũ maris, sonum fluctuũ eius.

8 Turbabuntur gentes & timebunt qui habitant terminos à signis tuis, exitus matutinæ & uespere delectabis.

9 Visitasti terrã & a inebriasti eã, multiplicasti locupletare eam.

Arida quum sitit imbre terram
Fuso perpluis irrigásque, & illam
Diuitijs cumulans abundè

10 Flumen dei repletũ est aquis, parasti cibũ illorũ, quoniã ita est præparatio eius.

Ditas: 10 flumen enim tuum atque riuus
Continuis fluitans abundat
Omni tempore aquis, cibum unde cunctis
Terræ animantibus atque potum
Largè suppeditas: nam & uber ille ac
Fertilior reditus soli, uno
Abs te manat ut optimo colono:
Quandoquidem instruere, atque ita ipsam
Decretum est tibi præparare terram,
Terram aliàs minimè feracem.

11 Riuos eius inebrians multiplica genimina eius, in stillicidijs eius b lætabitur germinans.

b Heb. germini eius benedices.

11 Eius ergo age inebria, tuóq;
Imbre riga pluuiáq; dulci
Sulcos: complue rore, & humidam illam
Redde, tuus macera supernè
Aridam eam pluuijs & imbribus, quo
Germina multiplicet, feraxq;
Omnes lætificet suos colonos.

12 c Benedices coronæ anni benignitatis tuæ, & campi tui replebũtur ubertate.

c Heb. tò benedices iungũt uers. præcedẽti: & postea Hie. legit uolbetur annus in bonitate tua, & uestigia tua rorabunt pinguedine. Fel. coronasti annũ bonitatis tuæ, & uestigia tua stillabunt pinguedinem.

12 Munifica bonitate uerò
Tua illa egregia uelut corona
Graminea, undiq; cingito annum,
Fœcundumq; fac, ut uidelicet dum
Fertilitas per agros uidetur,

13 Pinguescent d speciosa deserti, & exultatione colles accingentur.

d Hie. pascua. Fel. habitacula.

13 Pinguescant etiam auia ipsa eremi, &
Arida pascua, deniq; ipsi
Fœcundi niteant ouentq; colles.

14 e Induti sunt arietes ouium, & ualles abundabunt frumento: clamabũt, etenim hymnũ dicent.

e Hie. uestiẽtur agnis greges. Fel. uestiẽt planities pecora.

14 Planitiem sederint tegent ac
Implebunt generum omnium greges: &
Fertilibus salient in agris,
Ac ualles quoq; farre uestientur,
Velleréq; agni ouium: deóq;

Pro captu modulos suo sonoros,
Et sua cantica personabunt.

ARGVM. PSAL. 66.

Inuitantur hoc psalmo à Dauide inimicorum suorum uictore, non Iudæi modo, sed & exteræ gentes ac nationes ad deum laudandum & adorandum: quibus ob oculos ponit, quanta quamq; mirãda olim illorum gratia fecerit, quoq; modo se Hebræorũ regem ab impijs & exteris nationibus, alijsq; hostibus tutatus fuerit, licet multis antea probatũ periculis et afflictionibus: quapropter et se sacra illi facturũ, & immẽsa eius in se beneficia narraturũ promittẽs, indubiè se ab illo exauditũ iri confidit. Siquis uelit gentem hic induci Hebraicam de captiuitatis Babylonicæ uinculis ereptam, ob idque deo gratulantem, nihil moror. Docet nos psalmus præterita dei in nos beneficia grat(a)nter commemorare, et eum laudare.

Victori canticum psalmi.

Psal. 66. Ode dicolos distrophos ut Psal. 51.

1 Iubilate deo omnis terra, psalmũ dicite nomini eius, date gloriam laudi eius.

1 *Vbilate, quotquot in*
I *Hoc orbe degitis, deo: atque laudes*
Nomini eius inclyto
Cantate: & hymnos gloriamq; qua ipse
Dignus est, et prout
Obnoxij estis reddite: 2 *hæcq; ad illum*
Dicite: ô deus potens,
Tua illa gesta & acta quàm stupenda!
Nempe roboris tui
Effrenis ac tam est magna copia & uis,
Vt præ ea tui suam
Cogantur hostes puram inanitatem
Confiteri, & in simul

2 Dicite deo, quàm terribilia sunt opera tua domine, multitudine uirtutis tuæ mẽtientur tibi inimici tui.

Diuinitatem illam tuam: sed etiam
Non leui suo malo ac
Incommodo experti tuum furorem
Mentientur, & tibi
Contrarios fuisse se negabunt,
Supplices'q; dexteras

3 Omnis terra adoret te & psallat tibi, psalmũ dicat nomini tuo.

Tendent: 3 nec ipsi tantum at uniuersa
Terra, qui'q; eam incolunt
Tibi genu flectent, colent'q; te unum:
Ac cælebre canticis
Suis & hymnis toto in orbe reddent
Nomen inclytum tuum.

4 Venite & uidete opera dei, terribilis a in consilijs, super filios hominum.

4 Huc ergo adeste, & illa tam tremēda,
Tam stupenda digna'q; ut
Mirentur omnes, illa gesta summi
Regis ac dei simul
Consyderate mecum: & in profundo
Abdito'q; pectore
Pensate, hominū mortalium in negotijs,
Quæ regit mera sua &
Sola uoluntate, ut fiet tremenda
Dignitate: quanta'ue
Et qualia acta patret inter illos:

a Fal. opere.

5 Qui cōuertit mare in aridā, in flumine pertransibūt pede, ibi lætabimur in ipso.

5 Vt mare humidum aridam
Mutarit in terram: ut'q; flumen undas
Separans, meabile
Et peruium humano pede atq; gressu
Fecerit: sed ô quibus

6 Qui dominatur in uirtute sua b in æternum, oculi eius super gentes respiciunt, c qui exasperant non exaltentur in semetipsis.

Quantis'ue nostris gaudijs! 6 at isthæc
Cuncta ui & potentia
Suapte perficit. Suo ipse quippe
Arbitratu in omnia, ac
Prout sibi uidetur imperat: nec

b Hel seclo.
c Hier. qui sunt increduli.
Fel. rebelles.

Otiosus est:mage
Verò acta lustrat gentium uniuersa:
Quiq; se rebellem et
Præstabit,aut incredulus manebit,
Quanquam opinione se
Sua omnium esse maximum arbitratur,
Attamen minoribus &
Longè infimis quibusq; pòst minorem
Conspicaberis:neque
Præterita proderit superbia. 7 ergo
Prædicate non modo
Hebræa uos domus,sed uniuersi
Vndecunq; limites
Terræ deum nostrum,editaq; uoce
Et sonora ad æthera
Illum usque ferte:quò palàm audiatur.
8 Auctor est enim omnibus
Vitæ unicus:quamq; ipse dat,tuetur:
Omnibusq; protinus
Conseruat à periculis malisque,
Euenire quæ queant:
9 Sed nec sinit nostri ut pedes uacillent.
Nam licet probaueris
Nos pluribus longè modis, perinde ut
Igne,num probum fiet
Argentum & aurum examinant,licet nos
Pauperes homunculos
Angustijs afflictionibusq;,
Et domi & foris deus
Tentaueris, 10 tetenderisque nobis
Rete,quo magis sibi
Nil prouidentes tale complicares:
Tergoriq; pondera

7 *Benedicite gentes deum nostrũ, & auditam facite uocẽ laudis eius.*

8 *Qui posuit animã meã ad uitam, & non dedit in cõmotionẽ pedes meos.*

9 *Quoniam probasti nos deus,igne nos examinasti sicut argẽtum examinatur.*

10 *Induxisti nos in laqueũ, posuisti tribulationes in dorso nostro,imposuisti homines super capita nostra.*

Quanquam indidiſti non ferenda noſtro,
Ac nimis ferocibus
Plerunque nos ſic ipſe ſubdidiſti
Hoſtibus, miſerrimam ut
Simus coacti ferre ſeruitutem:
(Nempe regiam ut uiam
Calcare equus ſolemus, haud ſecus nos
Ira dum ſierit tua,
Caputq́; noſtrum conterunt feri hoſtes)

11 Trãſiuimus per ignẽ & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium.

11 In periculo maris,
Ignisq́; ſæpius periclitati,
Abſq; ſpe licet ſumus:
Tamen ô deus tandem ipſe clamitantes,
Et pias tibi preces
Ac uota fundentes, & eruiſti, &
Copiæ in loco erutos,
Refrigerij q́; collocaſti amœni.

12 Introibo in domũ tuam in holocauſtis reddã tibi uota mea quæ diſtinxerũt labia mea.

12 Ob quod in domum tuam
Intrabo non ſine hoſtijs, & illa
Quæ tibi ipſe uoueram
Anguſtia atque afflictione preſſus,
Quæq́; nuncuparat os

13 Et locutũ eſt os meũ in tribulatione mea, holocauſta medullata offerã tibi cũ incenſo arietũ, offerã tibi boues cum hircis.

Meum, omnia exoluam: 13 Haud enim inſciús tunc
Illa nuncupaueram:
Verùm ſciens prudensq́; nuncupabam:
Ergo quæ malo tibi
Et tempore aſpro uoueram, illa reddam.
Victimas tibi quoque
Mactabo pingues hoſtiasq́; cædam, ac
Pinguiora & optima

14 Venite & uidete omnes qui timetis deũ, & narrabo quãta fecit animæ meæ.

Quæq; è grege & ſelecta: ſiue ueruex
Eſt ouiſue ſiue bos,
Siue hircus. 14 ergo qui deum timetis

Huc uenite: me quoque
Audite, & ipse uos docebo quanta
Contulit mihi bona.
15 *Quacunq; enim fui in necessitate*
Inuocaui eum, ac mea
Lingua extuli, & summa usque ad astra uexi.
16 *Prauitatis ullius*
Quòd si mihi ipse conscius forem, nec
Vota nec preces meas
Audiret. 17 *itaque quum careret omni*
Labe criminis mea
Mens, audijt mox me, & precationem ex-
audijt statim meam.
18 *Laudetur ergo, & canticis in altum*
Euehatur ut par est
Deus: precationem enim meam non
Repulit, sed & sua
Me maxima benignitate iuuit.

15 Ad ipsum ore meo clamaui, & exaltaui sub lingua mea.

16 Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet dominus.

17 Propterea exaudiuit deus, & attendit uoci deprecationis meæ.

18 Benedictus deus qui nõ amouit orationẽ meam, & misericordiã suã à me.

ARGVM. PSAL. 67.

Dei fauorem Hebræo populo optat, ut sic cognoscatur laudeturque ab omnibus deus, ad quem laudandum gentes etiam inuitat. fortaßis non male quis dicat prædictam hoc loco à Dauide dei patris et Christi filij inter gentes cognitionem, cum immensa etiam eius misericordia.

Psal. 67. Ode dicolos distrophos, ut Psal. 15.

2 *Deus bone & pie,*
a Heb. deest. O *Adesto nunc & nos tuo fauore*
Gratiaq; respice:
Lucere fac uultum tuum super nos,

2 Deus misereatur nostri & benedicat nobis, illuminet uultum suum super nos a & misereatur nostri.

Et benignus in preces
Attende noſtras, ² *ut tua inſtituta*
Et uias tuas in hac
Viuentium terra, prout capax eſt
Noſtra mens & ingenij
Mortalium imbecillitas, queamus
Noſſe, quámue gentibus
Cunctisq; nationibus ſalutem
Sponte contuliſti: ³ *ob id*
Vt te celebrent ô deus, tibiq;
Omnia unico ſua
Omnes ferant accepta nationes:
Nomen & tuum ſuis
Gentes in altum laudibus uehant, ⁴ *ac*
Gaudeant ouentq;, quòd
Illos ut æquum eſt iudicas, &
Quas uias oporteat
Inire, quamdiu hoc orbe degunt,
Condocefacis. ⁵ *tibi*
Soli ergo patrono ſua omnino omnes,
Quotquot uſquam habent bona,
Planè ferent accepta nationes.
Fructum enim ſuum dedit
Noſtra uberē tellus. ⁶ *benignus ergo &*
Liberalis in tuos
Eſto deus deus meus, tuæ ut quum
Liberalitatis &
Benignitatis obſtupenda ſigna
Viderit, te adoret &
Sanctè precetur uniuerſus orbis.

2 Vt cognoſcamus in terra uiam tuam, & in omnibus gentibus ſalutare tuum.

3 Confiteantur tibi populi deus, confiteantur tibi populi oēs.

4 Lætentur & exultēt gentes, quoniā iudicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis.

5 Confiteantur tibi populi deus, cōfiteātur tibi populi omnes, terra dedit fructum ſuum.

6 Benedicat nos deus deus noſter, benedicat nos deus, & metuant eum omnes fines terræ.

ARGVM. PSAL. 68.

Sunt qui putent hunc psalmum editum à Dauide post habitas de omnibus inimicis uictorias, ac maximè de Idumæis, Syris & Ammonitis: & uerbum exurgat, positum pro exurrexit. Inuitat itaque David fideles ac Iudæos maximè ad lætandum Deoque psallendum, posita illis ob oculos diuinorum in Ægypto et fuga Ægypti beneficiorum memoria. Futurumq; prædicit, ut ex summa afflictione in qua diu iacuerint, ad summam lætitiam exurgant. futuram quoq; proponit sanctæ ciuitatis fœlicitatem, illi à domino deo præstandam: qui ut penes eum est ius uitæ ac necis, omnes eius inimicos pessum dederit. Descripto igitur tantæ uictoriæ triũpho, prædicit tandem perditis impijs omnes gentes deo manus daturas. Hæc uerò q̃q̃ iuxta historiam de Dauide rectè dicuntur, tamen quum uersiculum illum: Ascẽdens Christus in altum, &c. ad Ephe. 4. Paulus de Christo interpretetur, partim quoq; propheticè de Christo intelligendus est Psalmus. qui quum immensa olim Iudæis beneficia præstitisset, (nam quæcũque eorum gratia pater miracula patrauit, per Christum facta sunt) nouissime ascendens in altum, diaboli captiuitate soluta immensa dedit hominibus beneficia, et ecclesiæ inimicos confregit, de cuius uictoria triumphum egerint, et epinicia cantarint ecclesiarum principes apostoli. quapropter ad laudandum deum regna omnia, atque nationes inuitat. Conuenit psalmus principi uictori ad agendas deo gratias.

Victori David psalmus cantici.

Psalm. 68. Ode dicolos distrophos, constans priore metro iambico senario, & altero constante pentememeri dactylica & dimetro iambico.

1 E

Xurgat & se uindicem monstret deus,
Quo ueluti profugi, quicunq; ei contrarij
Sunt dissipentur, & subitam capiant fugam,

1 Exurgat deus & dissipentur inimici eius & fugiant qui oderunt eum à facie eius.

2 Sicut deficit fumus deficiant, sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie dei.

Tergáq; et uertant, quicunq; eũ odere: 2 at deus
Disperdet illos ut leui à uento solet
Fumus: & ut liquefit statim q̃ ad ignem proximè
Cera admouetur, sic peribunt impij

3 Et iusti epulentur & exultent in conspectu dei, & delectentur in lætitia.

Adueniente deo. 3 Iusti autẽ & omnes qui boni
Sunt ac pij è contrario quum uenerit
Vt sua cuiq; deus iudex rependat præmia ac
Pœnas, inenarrabili tunc gaudio

4 Cantate deo psalmum dicite nomini eius, iter facite ei qui ascendit a super occasum dominus nomen illi.

Exilient: 4 canite ergo nomini inclyto ipsius,
Eiq; communite semitam ac uiam,
Qui nebulis ut equus uti solet, quiq; ultimum
Ascendit in cœlum, & supra occasum ut lubet

a Hier. per deserta. alij super nubes uel cælos.

Nomen ei dominus, seruator & summus deus.

5 Exultate in conspectu eius, turbabũtur à facie eius patris orphanorum & iudicis uiduarum.

5 Ergo recepti quotquot estis ipsius
Veram in amicitiam, exultate coram illo: patrem
Nam se ille pupillis & orphanis gerit,
Ac miseris uiduis ultorem acerbũ & uindicem:

6 Deus in loco sancto suo, deus qui inhabitare facit b unius moris in domo.

6 Quamuis enim à nobis uidetur dissitus,
Ac procul hinc habitans, tamen suo è cælo uidet,

b Hier. solitarios i. sine liberis.

Et mansione de sua sancta omnium
Omnia facta hominum: sed & carentes liberis,
Et solitarios domo in plena facit

7 Qui educit uinctos in fortitudine, c similiter eos qui exasperant, qui habitant in sepulchris.

Prognie affluere, 7 & uinctos cathenis ferreis
Virtute fortitudinis suæ eruit:
Atq; etiam eruet olim qui in sepulchris nũc agũt.

c Hier. increduli autem habitauerunt in siccitatibus Felix rebelles habitauerunt.

At asperis malisq; qui sunt præditi
Moribus, interea in uastis locis & aridis

8 Deus quum egredereris in conspectu populi tui, quũ pertransires in deserto. 9 Terra mota est, etenim cæli distillauerunt à facie dei Sinai, à facie dei Israel.

Morãtur: 8 at uerò ô deus quondam tuum
Quum populum erueres è seruitute Ægyptia, &
Viam præires, pérq; deserta auia,
Aridáq; & salebrosa incederes: 9 præ fulminum
Tonitruũmq; copia terra tremuit,
Et pluuiam in Sinai stillauit è cælo deus,

Tremendus omnium ille & Israel deus.
10 *Quinetiã & pluuiã gratã atque temporaneã,*
Sensim neq; ulla ui cadentem, sed uelut
Sponte sua fluidam stillare quum lubet, facis
Hæreditatem illam in tuam: quæ forte si-
Languerit, stabilis, & destitutam uiribus,
Vt tutò in illa commoremur recrea.

10 *Pluuiam uoluntariã segregabis deus hæreditati tuæ, & infirmata est, tu uerò perfecisti eam.*

11 *Vtq; ibi grex habitet tuus, benignitate eam*
Illa tua afflictis colendam præparas.
12 *Quare agedum hinc animos oẽs fideles sumite,*
Quos ipse sese prædicantibus dabit,
Et simul omnibus illis qui potentiam suam
Annuntiant, mirabilem uim & gratiam
Eloquij, innumeras uictorias qua concinant
Illius, & huius canticum sonent modo.

11 *Animalia tua habitabunt in ea, parasti in dulcedine tua pauperi deus.*
12 *Dominus dabit uerbum* d *euangelizantibus uirtute multa.*

d *Hier. annunciatricibus fortitudine plurimæ* Fel. *exercitus multi.*

13 *Terga dedere, fugam cepere, tardo nec pede*
Abiere reges, cum suo illo exercitu
Innumero & ualido, qui spem suam in potentia
Sua locabant: quiq; desides domi
Arma negociaq; ulla nesciebant bellica,
Prædam fugentum diuidebant inuicem.

13 e *Rex uirtutum dilecti dilecti, & speciei domus diuidere spolia.*

e *Hier. Reges exercituũ fœderabuntur, fœderabuntur. & pulchritudo domus diuidet spolia* Fel. *Reges exercituum fugiẽt fugiẽt, & habitatrix domus diuidet spolia.*

14 *Eia agedum superatis hostibus tam immitibus,*
Quanq̃ hactenus uixistis atrati, & uelut
Chytropodes medios inter iacentes, ac prope
Fulignosi: spes tamen neque ea leuis,
Est fore uos aliquando candidos, & omnia
Ventura uobis candida & fœlicia,
Nõ secus ac niueas pennas columba & candidas
Habet, simul quoq; nitido argento oblitas,
Ac speciem referentes pallidi auri & lutei.

14 *Si dormiatis inter medios* f *cleros,* g *pẽnæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri.*

f *Hier. terminos.* Fel. *chytropodes siue tripodes.*
g *Hier. &* Fel*ix, in uirore auri.*

15 *Reges enimuero ô deus, quum spargeres*
Præcipitésq; ageres, fractis eorum uiribus,
Atrata quæ fuerat prius funestáq;

15 h *Dum discernit cœlestis reges super eam,* ' *niue dealbabuntur in Selmon, mons dei mons pinguis.*

h *Heb dum diuideret uel dissiparet propter Sion reges aduersum eam collectos.*

Terra (uti candicat ob multas niues & albicat
Mons Salmon) haud secus albicauit, totáq;
Lætitia exhilarescens canduit, [16] *ˢ mónsq; editus*
Sionis ille mons, coagulatus &
Fertilis atq; ferax, & in iuga assurgens duo,
Effectus est præpinguis ut Bazan & ferax.
Quur igitur temerè montes superbi & editi
Monti inuidetis inclyto, contráq; eum
Erigitis caput excelsum, uelut pessundare
Si niteremini? [17] *eius illum regiam*
Et placitam esse domum num scitis & gratissimã,
Vsqueadeo quam ille diligit, eam ut iugiter
Incolat atque habitet? [18] *nescitis ille q̃ potens*
Et fortis est? centena quippe milia
Ipsius, ut tueantur, ambiunt currum undiq;.
Æquitatus eius angelorum milibus
Constat: & ijs ut equis quando lubet cumq; in Siõ
Ascendit, ut quondam in Sina. [19] *siquidem ô deus*
Æthera stelliferum (spectabilem unde te dares,
Tuámq; uirtutem exereres scandens, & in
Aëra te ipse uehens, ac te tuapte ui ferens
Quos ille captiuos tenebat subdolus
Hostis, & impius, eius è potestate & manu
Rapuisti, & ex hominibus accepisti uelut
Munera: q̃q̃ & eis maiora longè traderes.
[20] *Quin hostium planè tibi aduersantium*
Agmina castráq; cepisti, unde seruator deus
Habitare cum mortalibus tete palàm
Feceris: [21] *omnibus idcirco es uehẽdus laudibus,*
Dignúsq; cui per omne tempus gratias
Posteritas referat: qui prosperum nobis iter
Munis parásq;, & nos quoque innumeris bonis
Obruis & cumulas. Seruator est enim deus,

16 Mons ˡ coagulatus ʲ mons pinguis. ᵏ ut quid suspicamini montes coagulatos?

17 Mons in quo beneplacitum est deo habitare in eo, etenim dominus habitabit in finem.

18 ˡ Currus dei decem milibus multiplex, milia lætantiũ ʲ dominus ᵐ in eis in Sinai ʲ in sancto.

19 Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus.

20 ⁿ Etenim non credentes inhabitare dominum deum.ʲ

21 Benedictus dominus die quotidie, ᵒ prosperum iter faciet nobis ʲ deus salutarium nostrorum.

ˢ Hier. & Fel. excelsus.
ᵏ Hier. Quare contenditis mõtes excelsi, aduersus montẽ. &c. Fel. Cur exilietis montes excelsi.

ˡ Hier. Currus dei innumerabilis, milia abundantium. Fel. Currus dei centena milia, duo milia angelorum.
ᵐ .i. inter eos habitat in Sion & in sanctuario suo.
ⁿ Hier. Insuper & non credentes, siue ut Felix habet, rebelles sub. uicisti, siue captiuos tibi cepisti & obedientes. inhabitare dominum deum .i. ut inter eos, sicut inter angelos inhabitat deus.
ᵒ Hier. portabit nos, scilicet ne prauum iter nobis noceat. Fel. aggrauabit nos .i. obruet & cumulabit beneficijs

22 Potestq; nos à morte seruare ut lubet,
Perderéq;: illius est namq; in potestate & manu
Mors uitáq; omnium. Sed 23 hostium tamen
Comminuet capita ac franget suorum & uerticē,
Eius capillatum, in suis qui noxijs
Degit & usq; manet: curæ aūt habet semper suos
24 De ipsis enim sic ille decreuit: meos
Non secus ac ueteres patres eorum de Bazan,
Et Og ferocia erui, sic eruam:
Vsq; reuertere eos olim profundo de mari
Ægyptijs ibi obrutis, feci: haud secus
Quum mihi uota precésque funditaris gens mea,
Hostes tuos demergam & ipse te eruam.
25 Atque ita funditus osores mei illos nominis
Pessundabo & mactabo, eorum sanguine
Pes tuus ut rubeat, lambántq; eum canes tui
Effusum ab occisis. 26 at hanc uictoriam
Ipse palàm facies: pompaticéq; te ô deus
Fusis ouantem & trophæa agentem ex hostibus,
Quisquis amicitia est iunctus tibi, uidebit, &
Inambulantem inter fideles, iusq; eis
Non secus ac ualidū regem, & deū sanctū ac piū
In sanctuario ferentem illo tuo.
27 Quúmque epinicia pro uictoria parta tibi
Agentur, una ex parte cantores erunt,
Cantica cum modulis tantum ore cantantes suis,
Parte altera fidibus canetur, & nablo,
Tympana percutiente hinc inde uirginum choro.
28 Cœtum ergo congregate, & in medio illius
Magnificate deum de fonte prognati Israel.
29 Primarium autem pompa in illa Beniamin,
(Paruulus est licet, atque inter tribus lōgè minor)
Et principem locum tenebit. 30 Dein tribus

p .i. Deus noster, dominus est uitæ & mortis, qui nos seruare ut lubet & perdere potest.
q .i. à summo capillo perdet eos qui in delictis ambulāt.
r Heb. de profundo maris l. sicut olim eorū patres de potētia Og regis Bazā erui, & à Pharaone de profundo maris, ita nunc eruam.
s .i. In sanguine intingatur pes tuus. in ipso inquàm sanguine effuso ex aut in occisione inimicorum.
t .i. qui in sanctuario suo sedet & præsidet.
u Hie. præcesserunt cantores eos, qui post tergum psallebāt præteritum autem pro futuro poni potest.
x .i. de scaturigine & origine.
y Hier. continens eos. Fel. dominatur illis.
z Hier. in purpura sua. Fel. interitus eorū. alij concilium eorum.

22 p Deus noster deus saluos faciendi, & domini domini exitus mortis.
23 Veruntamen deus confringit capita inimicorum suorum, q uerticem capilli perambulātium in delictis suis.
24 Dixit dominus, rex Bazan conuertam, conuertā in profundum maris.
25 s Vt intingatur pes tuus in sanguine, lingua canum tuorū ex inimicis ab ipso.
26 Viderunt ingressus tuos deus, ingressus dei mei, regis mei, qui t est in sancto.
27 u Præuenerunt principes coniuncti psallentibus, in medio iuuencularum tympanistriarum.
28 In ecclesijs benedicite deo domino de x fōtibus Israel.
29 Ibi Beniamin adolescentulus y in mentis excessu.
30 Principes Iuda duces z eorum, principes zabulon principes Nephthalim.

31 [a] Manda deus uirtuti tuæ, [?] confirma hoc deus quod operatus es in nobis.

Regia, quiq; in ea primas tenent: pòst principes
E Zabulon ac Nephthalim. 31 Sic te Israel
Constituit deus, & decreuit omnino omnibus
Longè atque multo fortiorem gentibus
Efficere. eia agedum tuam exere & profer deus
Virtutem, & immensam potentiam tuam
Perficéq; & solida, quod iam diu in nobis patras.

[a] Hier. præcepit deus tuus de fortitudine tua. Fel. præcepit uirtutē tuā .i. uoluit tibi robur inesse.

32 A templo tuo in Hierusalem tibi offerent reges munera.

32 Ac templo ab illo augusto & eximio tuo,
Qđ tibi in urbe sacrū est, robur tuū palā exprime:
Tunc dona certatim tibi multa offerent,
Muneráq; optima reges uniuersi & te colent.

33 [b] Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in uaccis populorū, ut excludant eos qui probati sunt argento.[?]

33 Nunc ergo cœtum lanceatorum increpa,
Qui ueluti feræ & immites trucésq; bestiæ
Aguntur in nos, quiq; planè non secus
Quàm uituli irrequieti incontinenter cursitant,
Thauriq; more ferociunt: illósq; qui
Nō secus atque probū argentum probati sunt tibi,
Ab sese uti indignos procul pellunt, eos

[b] Hier. Increpa bestiam calami, congregatio fortium, in uitulis populorum calcitrantium contra rotas argenteas. Fel. dissipa ferum arundinis congregationē robustorum in uitulis populorum, optantem numerationem argenti: quòd bestiam arundinis siue calami, quidā cœtū lanceatorū uertunt, quòd ex longis & crassis arundinibus fiebant lāceæ.

34 Dissipa gentes quæ bella uolunt, uenient [c] legati [?] ex Aegypto, Aethyopia [d] præueniet manus eius deo.[?]
35 Regna terræ cantate deo, psallite domino.
36 Psallite deo qui ascendit super cælū cæli [e] ad oriētem.[?]
37 Ecce dabit uoci suæ uocem uirtutis, date gloriam deo super Israel, magnificentia eius & uirtus eius in nubibus.
38 [f] Mirabilis deus in sanctis suis,[?] deus Israel ipse dabit uirtutem & fortitudinem plebi suæ, benedictus deus.

Ergo quousq; tibi tributa pendant supplices,
Prosterne uastáq; ô deus, 34 cunctósq; quæ
Bella uolunt & amant, disperde gentes funditus.
Tunc sponte ab Ægypto optimatum principes,
Æthyopésq; aderunt, & supplices tibi manus
Afferre properabunt. 35 Deo, orbis omnia
Imperia eia agedum cantate & illi psallite.
36 Cantate, & hymnos ut deo illi dicite.
Vtitur ille etenim dudum ante factis orbibus
Pro curru equísue, illísque ab æterno insidet.
37 Terribili ac ualida uoce unde, & ingenti tonat.
Laudandus ergo in Israel deus, potentiáque
Ipsum ut pote qui tam magna in Israel patrat,
Ad usque nubes robur extendens suum.
38 Terribilis siquidem est illo in sacrario suo,

[c] Fel. principes.
[d] Hier. festinet dare manus deo.
[e] Hier. à principio.
[f] Hier. Terribilis deus de sanctuario.

Mirandáq; in sanctis suis miracula
Patrat, & eximiam plebi suæ Israel deus
Vim fortitudinémq; subministrat, &
Suppeditat populo uires, et sit gloria.

ARGVM. PSAL. 69.

Quanq́ ad literam querula Dauidis ad deum de inimicis expostulatio nonnullis contineri uidetur hoc psalmo, et aduersum eos imprecatio: alijs, gentis Hebraicæ in captiuitate Babylonica degentis querimonia: melius tamē dicamus à Dauide de Christo, cuius ipse figura extitit, conscriptum esse: quanquā pleraque iuxta historiam de Dauide intelliguntur, atqui non uetat locum scripturæ duos habere sensus literales. Certè uersiculum illum, dederunt in escam meam fel, &c. et illum, odio habuerunt me gratis, Christus in euangelio de se interpretatur, et locum illum, zelus domus tuæ, Ioan.2 discipuli de Christo. sicut et Paul. ad Ro. locum illum, improperia improperantium tibi, de eodē interpretātur. Inducitur hic itaque Christus de persecutoribus et afflictionibus suis nimis multis patri conquerens, neque tamen ob innumera conuicia et opprobria animo deficiens, sed fiduciam in deo collocans, à quo liberationem ab hostibus precatus dira illis imprecatur. Demum deum laudare instituens, ad laudandum quoque omnes inuitat, qui uerā Sion, sanctam scilicet ecclesiam ædificaturus sit et seruaturus. Valet psalmus ad meditādam Christi passionem, et ad fortiter ferendas iniurias.

Victori pro lilijs Dauid psalmus.

Psalm. 69. Ode monocolos, constans
Iambico trimetro.

2 Erua obsecro, & me quæso saluū fac deus: *2 Saluū me fac deus, quoniam intrauerūt aquæ usque ad animam meam.*
S Nam me malorum non ferendi gurgites
Penè obruerunt, & animum meum propè

Diuinitatem illam tuam: sed etiam
Non leui suo malo ac
Incommodo experti tuum furorem
Mentientur, & tibi
Contrarios fuisse se negabunt,
Supplices'q; dexteras
3 Omnis terra adoret te & psallat tibi, psalmũ dicat nomini tuo.

Tendent: 3 nec ipsi tantum at uniuersa
Terra, qui'q; eam incolunt
Tibi genu flectent, colent'q; te unum:
Ac celebre canticis
Suis & hymnis toto in orbe reddent
Nomen inclytum tuum.

4 Venite & uidete opera dei, terribilis a in consiliis, super filios hominum.

4 Huc ergo adeste, & illa tam treme̅da,
Tam stupenda digna'q; ut
Mirentur omnes, illa gesta summi
Regis ac dei simul
Consyderate mecum: & in profundo
Abdito'q; pectore
Pensate, hominũ mortalium in negotiis,
Quae regit mera sua &
Sola uoluntate, ut fiet tremenda
Dignitate: quanta'ue
Et qualia acta patret inter illos:

a Hal. opere.

5 Qui cõuertit mare in aridã, in flumine pertransibũt pede, ibi laetabimur in ipso.

5 Vt mare humidum aridam
Mutarit in terram: ut'q; flumen undas
Separans, meabile
Et peruium humano pede atq; gressu
Fecerit: sed ô quibus

6 Qui dominatur in uirtute sua b in aeternum, oculi eius super gentes respiciunt, c qui exasperant non exaltentur in semetipsis.

Quanti'sue nostris gaudiis! c at isthaec
Cuncta ui & potentia
Suapte perficit. Suo ipse quippe
Arbitratu in omnia, ac
Prout sibi uidetur, imperat: nec

b Hel seculo.
c Hier. qui sunt increduli. Par. rebelles.

Otiosus est: mage
Verò acta lustrat gentium uniuersa:
Quiq; se rebellem et
Præstabit, aut incredulus manebit,
Quanquam opinione se
Sua omnium esse maximum arbitratur,
Attamen minoribus &
Longè infimis quibusq; pòst minorem
Conspicaberis: neque
Præterita proderit superbia. 7 ergo
Prædicate non modo
Hebræa uos domus, sed uniuersi
Vndecunq; limites
Terræ deum nostrum, editaq; uoce
Et sonora ad æthera
Illum usque ferte: quò palàm audiatur.
8 Auctor est enim omnibus
Vitæ unicus: quamq; ipse dat, tuetur:
Omnibusq; protinus
Conseruat à periculis malisque,
Euenire quæ queant:
9 Sed nec sinit nostri ut pedes uacillent.
Nam licet probaueris
Nos pluribus longè modis, perinde ut
Igne, num probum siet
Argentum & aurum examinant, licet nos
Pauperes homunculos
Angustijs afflictionibusq;,
Et domi & foris deus
Tentaueris, 10 tetenderisque nobis
Rete, quo magis sibi
Nil prouidentes tale complicares:
Tergoriq; pondera

7 Benedicite gentes deum nostrū, & auditam facite uocē laudis eius.

8 Qui posuit animā meā ad uitam, & non dedit in cōmotionē pedes meos.

9 Quoniam probasti nos deus, igne nos examinasti sicut argētum examinatur.

10 Induxisti nos in laqueū, posuisti tribulationes in dorso nostro, imposuisti homines super capita nostra.

Quanquam indidisti non ferenda nostro,
Ac nimis ferocibus
Plerunque nos sic ipse subdidisti
Hostibus, miserrimam ut
Simus coacti ferre seruitutem:
(Nempe regiam ut uiam
Calcare equus solemus, haud secus nos
Ira dum fuerit tua,
Caputq; nostrum conterunt feri hostes)

11 Trãsiuimus per ignẽ & aquam, & eduxisti nos in refrigerium.

11 In periculo maris,
Ignisq; saepius periclitati,
Absq; spe licet simus:
Tamen ô deus tandem ipse clamitantes,
Et pias tibi preces
Ac uota fundentes, & eruisti, &
Copiae in loco erutos,
Refrigerijq; collocasti amoeni.

12 Introibo in domũ tuam in holocaustis. reddã tibi uota mea quae distinxerũt labia mea.

12 Ob quod in domum tuam
Intrabo non sine hostijs, & illa
Quae tibi ipse uoueram
Angustia atque afflictione pressus,
Quaeq; nuncuparat os

13 Et locutũ est os meũ in tribulatione mea, holocausta medullata offerã tibi cũ incenso arietũ, offerã tibi boues cum hircis.

Meum, omnia excluam: 13 Haud enim insciens tunc
Illa nuncupaueram:
Verùm sciens prudensq; nuncupabam:
Ergo quae malo tibi
Et tempore aspro uoueram, illa reddam.
Victimas tibi quoque
Mactabo pingues hostiasq; caedam, ac
Pinguiora & optima

14 Venite & uidete omnes qui timetis deũ, & narrabo quãta fecit animae meae.

Quaeq; è grege & selecta: siue ueruex
Est ouisue siue bos,
Siue hircus. 14 ergo qui deum timetis

Huc uenite: me quoque
Audite, & ipse uos docebo quanta
Contulit mihi bona.
15 *Quacunq; enim fui in necessitate*
Inuocaui eum, ac mea
Lingua extuli, & summa usque ad astra uexi.

15 *Ad ipsum ore meo clamaui, & exaltaui sub lingua mea.*

16 *Prauitatis ullius*
Quòd si mihi ipse conscius forem, nec
Vota nec preces meas
Audiret. 17 *itaque quum careret omni*
Labe criminis mea
Mens, audijt mox me, & precationem exaudijt statim meam.

16 *Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet dominus.*
17 *Propterea exaudiuit deus, & attendit uoci deprecationis meæ.*

18 *Laudetur ergo, & canticis in altum*
Euehatur ut par est
Deus: precationem enim meam non
Repulit, sed & sua
Me maxima benignitate iuuit.

18 *Benedictus deus qui nō amouit orationē meam, & misericordiā suā à me.*

ARGVM. PSAL. 67.

Dei fauorem Hebræo populo optat, ut sic cognoscatur laudeturque ab omnibus deus, ad quem laudandum gentes etiam inuitat. fortaßis non male quis dicat prædictam hoc loco à Dauide dei patris et Christi filij inter gentes cognitionem, cum immensa etiam eius misericordia.

Psal. 67. Ode dicolos distrophos, ut Psal. 15.

1 *Deus bone & pie,*
a Heb. deest. O *Adesto nunc & nos tuo fauore*
Gratiáq; respice:
Lucere fac uultum tuum super nos,

1 *Deus misereatur nostri & benedicat nobis, illuminet uultum suum super nos* a *& misereatur nostri.*

Et benignus in preces

2 Vt agnoſcamus in terra uiam tuam, & in omnibus gentibus ſalutare tuum.

Attende noſtras, 2 ut tua inſtituta
Et uias tuas in hac
Viuentium terra, prout capax eſt
Noſtra mens & ingenij
Mortalium imbecillitas, queamus
Noſſe, quámue gentibus
Cunctisq; nationibus ſalutem

3 Confiteãtur tibi populi deus, confiteãtur tibi populi oẽs.

Sponte contuliſti: 3 ob id
Vt te celebrent ô deus, tibiq;
Omnia unico ſua
Omnes ferant accepta nationes:
Nomen & tuum ſuis

4 Lætentur & exultẽt gentes, quoniã iudicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis.

Gentes in altum laudibus uehant, 4 ac
Gaudeant ouentq;, quòd
Illos ut æquum eſt iudicas, &
Quas uias oporteat
Inire, quamdiu hoc orbe degunt,

5 Confiteantur tibi populi deus, cõfiteãtur tibi populi omnes, terra dedit fructum ſuum.

Condocefacis. 5 tibi
Soli ergo patrono ſua omnino omnes,
Quotquot uſquam habent bona,
Planè ferent accepta nationes.
Fructum enim ſuum dedit

6 Benedicat nos deus deus noſter, benedicat nos deus, & metuant eum omnes fines terræ.

Noſtra uberẽ tellus. 6 benignus ergo &
Liberalis in tuos
Eſto deus deus meus, tuæ ut quum
Liberalitatis &
Benignitatis obſtupenda ſigna
Viderit, te adoret &
Sanctè precetur uniuerſus orbis.

ARGVM. PSAL. 68.

Sunt qui putent hunc psalmum editum à Dauide post habitas de omnibus inimicis uictorias, ac maximè de Idumæis, Syris & Ammonitis: & uerbum exurgat, positum pro exurrexit. Inuitat itaque Dauid fideles ac Iudæos maximè ad lætandum Deoque psallendum, posita illis ob oculos diuinorum in Ægypto et fuga Ægypti beneficiorum memoria. Futurumq; prædicit, ut ex summa afflictione in qua diu iacuerint, ad summam lætitiam exurgant. futuram quoq; proponit sanctæ ciuitatis fœlicitatem, illi à domino deo præstandam: qui ut penes eum est ius uitæ ac necis, omnes eius inimicos pessum dederit. Descripto igitur tantæ uictoriæ triũpho, prædicit tandem perditis impijs omnes gentes deo manus daturas. Hæc uerò q̃q̃ iuxta historiam de Dauide rectè dicuntur, tamen quum uersiculum illum: Ascẽdens Christus in altum, &c. ad Ephe. 4. Paulus de Christo interpretetur, partim quoq; propheticè de Christo intelligendus est Psalmus. qui quum immensa olim Iudæis beneficia præstitisset, (nam quæcũque eorum gratia pater miracula patrauit, per Christum facta sunt) nouissime ascendens in altum, diaboli captiuitate soluta immensa dedit hominibus beneficia, et ecclesiæ inimicos confregit, de cuius uictoria triumphum egerint, et epinicia cantarint ecclesiarum principes apostoli. quapropter ad laudandum deum regna omnia, atque nationes inuitat. Conuenit psalmus principi uictori ad agendas deo gratias.

Victori Dauid psalmus cantici.

Psalm. 68. Ode dicolos distrophos, constans priore metro iambico senario, & altero constante pentemimeri dactylica & dimetro iambico.

1 EXurgat & se uindicem monstret deus,
Quo ueluti profugi, quicunq; ei contrarij
Sunt dissipentur, & subitam capiant fugam,

1 Exurgat deus & dissipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum à facie eius.

2 Sicut deficit fumus deficiant, sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie dei.

Tergáq; et uertant, quicunq; eū odere: 2 at deus
Disperdet illos ut leui à uento solet
Fumus: & ut liquefit statim q̄ ad ignem proximè
Cera admouetur, sic peribunt impij

3 Et iusti epulentur & exultent in conspectu dei, & delectentur in lætitia.

Adueniente deo. 3 Iusti autē & omnes qui boni
Sunt ac pij è contrario quum uenerit
Vt sua cuiq; deus iudex rependat præmia ac
Pœnas, inenarrabili tunc gaudio

4 Cantate deo psalmum dicite nomini eius, iter facite ei qui ascendit a super occasum dominus nomen illi.

Exilient: 4 canite ergo nomini inclyto ipsius,
Eiq; communite semitam ac uiam,
Qui nebulis ut equis uti solet, quiq; ultimum
Ascendit in cœlum, & supra occasum ut lubet
Nomen ei dominus, seruator & summus deus.

a Hier. per deserta, alij super nubes uel cœlos.

5 Exultate in conspectu eius, turbabūtur à facie eius patris orphanorum & iudicis uiduarum.

5 Ergo recepti quotquot estis ipsius
Veram in amicitiam, exultate coram illo: patrem
Nam se ille pupillis & orphanis gerit,
Ac miseris uiduis ultorem acerbū & uindicem:

6 Deus in loco sancto suo, deus qui inhabitare facit b unius moris in domo.

6 Quamuis enim à nobis uidetur dissitus,
Ac procul hinc habitans, tamen suo è cœlo uidet,
Et mansione de sua sancta omnium
Omnia facta hominum: sed & carentes liberis,
Et solitarios domo in plena facit

b Hier. solitarios i. sine liberis.

7 Qui educit uinctos in fortitudine, c similiter eos qui exasperant, qui habitant in sepulchris.

Progenie affluere, 7 & uinctos cathenis ferreis
Virtute fortitudinis suæ eruit:
Atq; etiam eruet olim qui in sepulchris nūc agūt.
At asperis malisq; qui sunt prædıti
Moribus, interea in uastis locis & aridis

c Hier. increduli autem habitauerunt in siccitatibus Fœlix rebelles habitauerunt.

8 Deus quum egrederetis in conspectu populi tui, quū pertransires in deserto.
9 Terra mota est, etenim cœli distillauerunt à facie dei Sinai, à facie dei Israel.

Morātur: 8 at uerò ô deus quondam tuum
Quum populum erueres è seruitute Ægyptia, &
Viam praires, pérq; deserta auia,
Aridáq; & salebrosa incederes: 9 præ fulminum
Tonitruūmq; copia terra tremuit,
Et pluuiam in Sinai stillauit è cœlo deus,

Tremendus omnium ille & Israel deus.
10 Quinetiã & pluuiã gratã atque temporaneã,
Sensim neq; ulla ui cadentem, sed uelut
Sponte sua fluidam stillare quum lubet, facis
Hæreditatem illam in tuam: quæ forte si
Languerit, stabilis, & destitutam uiribus,
Vt tutò in illa commoremur recrea.
11 Vtq; ibi grex habitet tuus, benignitate eam
Illa tua afflictis colendam præparas.
12 Quare agedum hinc animos oẽs fideles sumite,
Quos ipse sese prædicantibus dabit,
Et simul omnibus illis qui potentiam suam
Annuntiant, mirabilem uim & gratiam
Eloquij, innumeras uictorias qua concinant
Illius, & huius canticum sonent modo.
13 Terga dedere, fugam cœpere, tardo nec pede
Abiere reges, cum suo illo exercitu
Innumero & ualido, qui spem suam in potentia
Sua locabant: quiq; desides domi
Arma negociaq; ulla nesciebant bellica,
Prædam fugentum diuidebant inuicem.
14 Eia agedum superatis hostibus tam immitibus,
Quanq̃ hactenus uixistis atrati, & uelut
Chytropodes medios inter iacentes, ac prope
Fuliginosi: spes tamen neque ea leuis,
Est fore uos aliquando candidos, & omnia
Ventura uobis candida & fœlicia,
Nõ secus ac niueas pennas columba & candidas
Habet, simul quoq; nitido argento oblitas,
Ac speciem referentes pallidi auri & lutei.
15 Reges enimuero ô deus, quum spargeres
Præcipitésq; ageres, fractis eorum uiribus,
Atrata quæ fuerat prius funestáq;

10 Pluuiam uoluntariã segregabis deus hæreditati tuæ, & infirmata est, tu uerò perfecisti eam.

11 Animalia tua habitabunt in ea, parasti in dulcedine tua pauperi deus.

12 Dominus dabit uerbum [d] euangelizantibus uirtute multa.

[d] Hier. annunciatricibus fortitudinis plurimæ Fel. exercitus multi.

13 [e] Rex uirtutum dilecti dilecti, & speciei domus diuidere spolia.

[e] Hier. Reges exercituũ fœderabuntur, fœderabuntur, & pulchritudo domus diuidet spolia Fel. Reges exercituum fugiẽt fugiẽt, & habitatrix domus diuidet spolia.

14 Si dormiatis inter medios [f] cleros, [g] pẽnæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri.

[f] Hier. terminos. Fel. chytropodes siue tripodes.

[g] Hier. & Felix, in uirore auri.

15 [h] Dum discernit cœlestis reges super eam, niue dealbabuntur in Selmon, mons dei mons pinguis.

[h] Heb dum diuideret uel dissiparet propter Sion reges aduersum eam collectos.

Terra (uti candicat ob multas niues & albicat
Mons Salmon) haud secus albicauit, totáq;
Lætitia exhilarescens canduit, [16] *mónsq; editus*
Sionis ille mons, coagulatus &
Fertilis atq; ferax, & in iuga assurgens duo,
Effectus est præpinguis ut Bazan & ferax.
Quur igitur temerè montes superbi & editi
Monti inuidetis inclyto, contráq; eum
Erigitis caput excelsum, uelut pessundare
Si niteremini? [17] *eius illum regiam*
Et placitam esse domum num scitis & gratissimã,
Vsqueadeo quam ille diligit, eam ut iugiter
Incolat atque habitet? [18] *nescitis ille q̃ potens*
Et fortis est? centena quippe milia
Ipsius, ut tueantur, ambiunt currum undiq;.
Æquitatus eius angelorum milibus
Constat: & ijs ut equis quando lubet cumq; in Siõ
Ascendit, ut quondam in Sina. [19] *siquidem ô deus*
Æthera stelliferum (spectabilem unde te dares,
Tuámq; uirtutem exereres scandens, & in
Aëra te ipse uehens, ac te tuapte ui ferens
Quos ille captiuos tenebat subdolus
Hostis, & impius, eius è potestate & manu
Rapuisti, & ex hominibus accepisti uelut
Munera: q̃q̃ & eis maiora longè traderes.
[20] *Quin hostium planè tibi aduersantium*
Agmina castráq; cepisti, unde seruator deus
Habitare cum mortalibus tete palàm
Feceris: [21] *omnibus idcirco es uehẽdus laudibus,*
Dignúsq; cui per omne tempus gratias
Posteritas referat: qui prosperum nobis iter
Munis parásq;, & nos quoque innumeris bonis
Obruis & cumulas. Seruator est enim deus,

---

16 Mons [l] coagulatus? mons pinguis. [k] ut quid suspicamini montes coagulatos?

17 Mons in quo beneplacitum est deo habitare in eo, etenim dominus habitabit in finem.

18 [l] Currus dei decem milibus multiplex, milia lætantiũ? dominus [m] in eis in Sinai? in sancto.

19 Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus.

20 [n] Etenim non credentes inhabitare dominum deum.?

21 Benedictus dominus die quotidie, [o] prosperum iter faciet nobis? deus salutarium nostrorum.

---

[i] Hier. & Fel. excelsus.
[k] Hier. Quare contenditis mõtes excelsi, aduersus montẽ. &c. Fel. Cur exilietis montes excelsi.

[l] Hier Currus dei innumerabilis, milia abundantium. Fel. Currus dei centena milia, duo milia angelorum.
[m] .i. inter eos habitat in Sion & in sanctuario suo.
[n] Hier. Insuper & non credentes, siue ut Fælix habet, rebelles sub. uicisti, siue captiuos tibi cepisti & obedienter inhabitare dominum deum .i. ut inter eos, sicut inter angelos inhabitat deus.
[o] Hier. portabit nos, scilicet ne prauum iter nobis noceat. Fel. aggrauabit nos .i. obruet & cumulabit beneficijs

22 Poteśtq; nos à morte seruare ut lubet,
Perderéq;:illius est namq; in potestate & manu
Mors uitáq; omnium. Sed 23 hostium tamen
Comminuet capita ac franget suorum & uerticẽ,
Eius capillatum, in suis qui noxijs
Degit & usq; manet: curæ aũt habet semper suos
24 De ipsis enim sic ille decreuit: meos
Non secus ac ueteres patres eorum de Bazan,
Et Og feroci a erui, sic eruam:
Vtq; reuertere eos olim profundo de mari
Ægyptiis ibi obrutus, feci: haud secus
Quum mihi uota precésque funditaris gens mea,
Hostes tuos demergam & ipse te eruam.
25 Atque ita funditus osores mei illos nominis
Pessundabo & mactabo, eorum sanguine
Pes tuus ut rubeat, lambántq; eum canes tui
Effusum ab occisis. 26 at hanc uictoriam
Ipse palàm facies: pompaticéq; te ô deus
Fusis ouantem & trophæa agmem ex hostibus,
Quisquis amicitia est iunctus tibi, uidebit, &
Inambulantem inter fideles, iusq; eis
Non secus ac ualidũ regem, & deũ sanctũ ac piũ
In sanctuario ferentem illo tuo.
27 Quũmque epinicia pro uictoria parta tibi
Agentur, una ex parte cantores erunt,
Cantica cum modulis tantum ore cantantes suis,
Parte altera fidibus canetur, & nablo,
Tympana percutiente hinc inde uirginum choro.
28 Cœtum ergo congregate, & in medio illius
Magnificate deum de fonte prognati Israel.
29 Primarium autem pompa in illa Beniamin,
(Paruulus est licet, atque inter tribus lõgè minor)
Et principem locum tenebit. 30 Dein tribus

p .i. Deus noster, dominus est uitæ & mortis, qui nos seruare ut lubet & perdere potest.
q .i. à summo capillo perdet eos qui in delictis ambulãt.
r Heb. de profundo maris i. sicut olim eorũ patres de potẽtia Og regis Bazã erui, & à Pharaone de profundo maris, ita nunc eruam.
s .i. In sanguine intingatur pes tuus in ipso inquàm sanguine effuso ex aut in occisione inimicorum.
t .i. qui in sanctuario suo sedet & præsides.
u Hie. præcesserunt cantores eos, qui post tergum psallebãt preteritum autem pro futuro poni potest.
x i. de scaturigine & origine.
y Hier. continens eos. Fel. dominatur illis.
z Hier. in purpura sua. Fel. interitus eorũ. alij concilium eorum.

22 p Deus noster deus saluos faciendi, & domini domini exitus mortis.
23 Veruntamen deus confringit capita inimicorum suorum, q uerticem capilli perambulãtium in delictis suis.
24 Dixit dominus, rex Bazan conuertam, conuertã in profundum maris.
25 s Vt intingatur pes tuus in sanguine, lingua canum tuorũ ex inimicis ab ipso.
26 Viderunt ingressus tuos deus, ingressus dei mei, regis mei, qui t est in sancto.
27 u Præuenerunt principes coniuncti psallentibus, in medio iuuencularum tympanistriarum.
28 In ecclesiis benedicite deo domino de x fõtibus Israel.
29 Ibi Beniamin adolescentulus y in mentis excessu.
30 Principes Iuda duces z eorum principes Zabulon principes Nephthalim.

Mirandáq; in sanctis suis miracula
Patrat, & eximiam plebi suæ Israel deus
Vim fortitudinémq; subministrat, &
Suppeditat populo uires, et sit gloria.

ARGVM. PSAL. 69.

Quanq ad literam querula Dauidis ad deum de inimicis expostulatio nonnullis contineri uidetur hoc psalmo, et aduersum eos imprecatio: alijs, gentis Hebraicæ in captiuitate Babylonica degentis querimonia: melius tamē dicamus à Dauide de Christo, cuius ipse figura extitit, conscriptum esse: quanquā pleraque iuxta historiam de Dauide intelliguntur, atqui non uetat locum scripturæ duos habere sensus literales. Certè uersiculum illum, dederunt in escam meam fel, &c. et illum, odio habuerunt me gratis, Christus in euangelio de se interpretatur, et locum illum, zelus domus tuæ, Ioan. 2 discipuli de Christo, sicut et Paul. ad Ro. locum illum, improperia improperantium tibi, de eodē interpretātur. Inducitur hic itaque Christus de persecutoribus et afflictionibus suis nimis multis patri conquerens, neque tamen ob innumera conuicia et opprobria animo deficiens, sed fiduciam in deo collocans, à quo liberationem ab hostibus precatus dira illis imprecatur. Demum deum laudare instituens, ad laudandum quoque omnes inuitat, qui uerā Sion, sanctam scilicet ecclesiam ædificaturus sit et seruaturus. Valet psalmus ad meditādum Christi passionem, et ad fortiter ferendas iniurias.

Victori pro lilijs Dauid psalmus.

Psalm. 69. Ode monocolos, constans
Iambico trimetro.

2 *Erua obsecro, & me quæso saluū fac deus:* — 2 *Saluū me fac deus, quoniam intrauerūt aquæ usque ad animam meam.*
S *Nam me malorum non ferendi gurgites*
Penè obruerunt, & animum meum propè

Afflictionum suffocauerunt aquæ.
2 Lacu profundo immersus hæreo in luto:
Nec stare possum ob lubricum aut consistere.
3 In pelagus altum decidi, atque ibi obrutus
Sum fluctibus: coorta nempe me sim
Inuoluit undis dira tempestas: 4 neque,
Quamq̃ laboro clamitans, uel gutturis
Vsq; ad mei raucedinem, quidq̃ adiuuor.
Nam dum anxius diuq; de cælo moror
Auxilium, & uno nitor ac fido deo,
Me uis meorum oculorum & acies deficit.
5 Plures capillis sunt meis qui me malè
Odere, q̃q̃ commeritum nullum est meum:
6 Et inualescunt opprimuntq; me sine
Caussa, ac mihi aduersantur, adeo ut reddere
Quæ ne quidem unq̃ contigi cogar: 7 quia
Verò ipse nosti mi deus, si quidpiam
Stultè egerim, uel quidq̃ in illos maleuolo
Animo aut iniquo admiserim: 8 obsecro meum
Ne quodq̃ ob infortunium, qui te unico
Nituntur ac fidunt, pudefiant: 9 neq;
Ignominia afficiantur, aut pudeat eos,
Nomen tuum, & tuam qui amicitiam colunt
Israel, atque exercituum potens deus.
10 Etenim tua caussa opprobrium ipse pertuli
Tam grande, totam ut texerit faciem meam
Ignominia, uehemensq; & insignis pudor,
11 Ac me mei fratres haberent pro extero,
Meæq; matris filiis essem uelut
Indignus illorum necessitudine,
Tanq̃ hospes atque extraneus: 12 tantúmque ob id,
Quòd me domus zelus tuæ exederet, tuásque
Afflictiones & calumnias tibi

2 Infixus sum in limo profundi, & a non est substātia.
3 Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me.
4 Laboraui clamās, raucæ factæ sūt fauces meæ, defecerunt oculi mei dum spero in deum meum.
5 Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis.
6 Confortati sunt qui persecuti sunt inimici mei iniustè: quæ non rapui tunc exoluebam.
7 Deus tu scis insipientiam meam, & delicta mea à te nō sunt abscondita.
8 Non erubescant in me qui expectāt te domine b uirtutum.
9 Non confundantur super me, qui quærunt te deus Israel.
10 Quoniam propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciē meā.
11 Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filijs matris meæ.
12 Quoniā zelus domus tuæ comedit me, & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.

a Hier. nō possum consistere.

b Heb. exercituum.

Quas inferebant impij, planè ut meas
Existimarem & ducerem. 13 *quumque ipse me*
Affligerem ieiunio, aut flerem mea
Et proximorum admissa: & hoc ipsi mihi
Vertêre in improperium & in calumniam.
14 *Quòd si lugubri me induebam ueste, eram*
Illis paroemiæ loco atque fabulæ.
15 *Et qui sedebant ianuæ ad limen, malè*
De me loquebantur: merum quique ebrij
Vinum bibebant, carmina & dicteria
In me petulca cantitabant. 16 *quum interim*
Orationem ad te unicum & precem meam
Indesinenter funderem, non nescius
Ipsa inter opprobria & calumnias graues
Adesse tempus, cum tuis succurrere
Et subuenire incogitantibus soles.
17 *Illa benignitatis ergo pro tuæ*
Ingenti multitudine atque gratia,
Et pro fide tua, salutem quam mihi
Pollicitus es præsta: 18 *atque me isto de luto*
In quo hæreo, ne grauius hæream, eripe,
Ab iisque qui me odere: nec sine obrui
Illo malorum pelago & imo gurgite.
19 *Néue obsecro fluxus aquarum me opprimant,*
Aut me profundum uel uorago absorbeat,
Nec os super me puteus urgeat suum.
20 *Eia age deus benignitate pro tua, &*
Miserationum ingente copia preces
Audi meas, mèque ipse clemens respice,
21 *Faciémque ne auerte obsecro à puero tuo:*
Sed propera & auxilium fer afflicto mihi:
22 *Adiunge te meæ animæ, & ipsam ab hostibus*
Meis & illorum manu usq; eripe.

T

e Sal. Et fleui dum in ieiunio esset anima mea.

d Heb. saccū.

e Hier. corruet. Sal. claudat.

13 *e Et operui in ieiunio animā meā, & factum est in opprobrium mihi.*

14 *Et posui uestimentum meum d ciliciū, & factus sum illis in parabolam.*

15 *Aduersum me loquebantur qui sedebant in porta, & in me psallebāt qui bibebant uinum.*

16 *Ego uerò orationem meam ad te domine, tempus beneplaciti deus.*

17 *In multitudine misericordiæ tuæ exaudi me, in ueritate salutis tuæ.*

18 *Eripe me de luto ut non infigar, libera me ab ijs qui oderūt me, & de profundis aquarum.*

19 *Non me demergat tempestas aquæ, neq; absorbeat me profundum, neque e urgeat super me puteus os suum.*

20 *Exaudi me domine quoniam benigna est misericordia tua, secundum multitudinem miserationum tuarum respice me.*

21 *Et ne auertas faciem tuam à puero tuo, quoniam tribulor, uelociter exaudi me.*

22 *Intende animæ meæ, & libera eam: propter inimicos meos eripe me.*

Ne forte nimis meum infolescant ob malum.

23 Tu fcis improperium meum & confusionem meam, & [f] reuerentiã[g] meam.
24 In conspectu tuo funt omnes qui tribulant me, [g] improperium expectauit cor meum & miseriam.[g]
25 Et fustinui qui fimul contristaretur. & non fuit: & qui consolaretur, & non inueni.

Tu fcis 23 quid opprobrij, pudoris quid feram,
Quam patiar in caufa tua calumniam:
24 Habéfq; ut ungues cognitos hostes meos.
At quum diu fracto forem animo, & ob graues
Iniurias, nulliq; contumelias
Prorsum ferendas angerérq; & urerer,
25 Lustrabam ab omni parte num fors quifpiam
Præsto esset, ijs quoquo modo doloribus
Qui condoleret, ac mei misereſceret.
Sed frustra: etenim haud quifq̃ fuit: rurfum quoque
Spectabam aliunde num mihi folatium
Adesset, at nufq̃ locorum repperi.

[f] Heb. ignominiam.

[g] Vel. Opprobrium cõtriuit cor meum, & afflictus fum.

26 Et dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto.
27 Fiat mensa eorũ coram ipsis in laqueum, & in tribulationem & in scandalum.

26 Quin non petenti mihi fel amarum pro cibo
Dedere, acetúmq; in graui mea siti.
27 Redde ergo meritas ô deus pœnas eis,
Vt quum genio indulgere fe mensa in fua
Tutò putabunt, alligari fentiant
Sibi laqueos: offensioni fint eis
Conuiuia illa pinguia, ipfæq; hostiæ,
Placare queis deum folent, illos magis
Reddant odiosos: quósq; amicos fe putant
Habere, ab illis turpiter imponi fibi
Tandem fciant. 28 Sed interim calumnias

28 Obscurentur oculi eorum ne uideãt, [i] dorsum eorũ femper incurua.[i]

Ne forte eorum deprehendant, fint eis
Hebetes, tenebrísq; obsiti, & caligne
Densissima longáq; oculi: porrò quoque
Siquando uisum recipiunt, nutare fac
Lumbos fuos, & tergus incurua fuum.

[i] Vel. lumbos eorum femper fac elabi.

29 Effunde super eos iram tuam, & furor iræ tuæ comprehendat eos.
30 Fiat habitatio eorum deserta, & in tabernaculis eorum nõ fit qui inhabitet.

29 Ruátq; in illos ira & indignatio
Tua, alligétq; eos & apprendat tuus
Furor: 30 fit illorum domus fine incolis
Vasta atque inanis: nullus in tentorijs

Illis suis habitet, 31 quia illum quem tibi
x Fel. Et super dolore uulneratorum tuorum narrabūt. Percutere uisum est, nec secus q̃ filium
Virgis paternis cædere, adijciunt quoque
Percutere & ipsi: & hoc tibi sese putant
Rem facere gratam nomine: addunt insuper
Ad uulnera & plagas, quibus seruum tuum
Percusseras & uulneraueras, recens
Inferre uulnus: quin sibi ijs malis quoque
Aggratulantur inuicem, & se iactitant.
32 Noxas eorum noxijs ergo ô deus
Fac aggregent: & ultionem ipsi suam
Per se accelerent: nec iustitiæ illius tuæ
Sint participes: 33 at deleantur de libro
Viuentium: nec pars eorum cum pijs
Iustisq; scribatur. 34 sed anxio mihi &
Afflicto opem tuam adferes: méq; ô deus
Salute donabis, 35 tuum ut nomen meo
l Hie. & Fel. confessione. Cantem & celebrem carmine, & multas tibi
Pro tot bonis dignásque gratias agam.
36 Nam grata mens animúsque beneficij memor,
Longè quibusuis hostijs & uictimis
Acceptior deo est: uel illi si bouem
m Hier. mansueti. Fel. humiles. Cornua recens promentem & ungues offeras.
37 Hanc uerò ubi uindictam & iram in impios
Et pauperes & mansueti uiderint,
Et qui deum unicè colunt, tum gaudio
Maiore gaudebunt, q̃ ut exprimi queat,
Viuántq; semper. 38 exaudit etenim pauperes,
Nec despicit uinctos suos clemens deus.
39 Laudent eum ergo terra cælúmq; & mare, &
Quæcunq; ibi mouentur atque uitā agunt.
40 Seruabit enim deus Sion, & mœnia
n Hier. possidebunt. Vrbésq; Iudææ ædificabit: 41 & colent eas

31 Quoniam quem tu percussisti persecuti sunt, & x super dolorem uulnerum meorum addiderūt.

32 Appone iniquitatem super iniquitatem eorum, & non intrent in iustitiam tuam.

33 Deleantur de libro uiuentium, & cum iustis non scribantur.

34 Ego sum pauper & dolens, salus tua deus suscepit me.

35 Laudabo nomen dei cum cantico, & magnificabo eum in l laude.

36 Et placebit deo super uitulum nouellum, cornua producentem & ungulas.

37 Videant m pauperes & lætentur, quærite deum & uiuet anima uestra.

38 Quoniam exaudiuit pauperes dominus, & uinctos suos non despexit.

39 Laudent illum cæli & terra, mare & omnia reptilia in eis:

40 Quoniam deus saluam faciet Sion, & ædificabuntur ciuitates Iudæ.

41 Et inhabitabunt ibi, & hæreditate n acquirent eam.

Hæreditatem ut propriam ſerui illius.

42 Et ſemen ſeruorum eius poſſidebit eam, & qui diligunt nomen eius habitabunt in ea.

42 *Nec nos modo ſerui ſui, ſed poſteri*
Noſtri quoque, atque omnes eum qui diligunt,
Sanctúmq; & auguſtum ipſius nomen colunt.

ARGVM. PSAL. 70.

Dauid Abſalon fugiens, celerem à domino deo optat opem, atque inimicis ultionem, & de ſua ſalute lætitiam. Valet pſalmus ad deprecandas domeſticas iniurias,

Victori Dauid ad recordandum.

Pſal. 70. Ode monocolos,

1 Deus in adiutoriū meum intende, domine ad adiuuandū me feſtina.

2 *Eſtina age ô deus,*
F *Vt me tot è malis*
Queis angor, eruas,
Præſentem opem & feras.

2 Confundantur & 3 reuereantur qui quærunt animam meam.

Hier. erubeſcant.

2 *Vt qui mihi male*
Volunt, & ad necem
Innoxium petunt,
Pudore ſentiant
Infamiáq; ſe
Notabiles: 3 *& in*
Malam retro crucem
Eant, malis meis
Qui gratulantur, &
In ijs ſibi placent.
4 *Vertantur in fugam*
Qui turpiter mihi
Ogganniunt ohe:
5 *Contrà q; gaudeant,*

3 Auertantur retrorſum & erubeſcant qui uolunt mihi mala.

4 Auertãtur ſtatim erubeſcentes qui dicunt mihi, euge euge.

5 Exultent & lætentur in te omnes qui quærunt te, & dicãt ſemper, magnificetur dominus, qui diligunt ſalutare tuũ.

Quicunq; te & tuum
Nomen sacrum ambiunt,
Et anxiè obsecrant:
Dicántq; iugiter
Quibus salus tua
Cordi est, & abs te eam
Quicunque postulant,
Magni æstimetur, ut
Permagnus est deus.
6 Ego autem egenus &
Pauper quia ô deus, — b Heb. festina ad me. — 6 Ego verò egenus & pauper sum, deus b adiuua me.
Hucusq; uictito:
Festina & huc propè
Accede: ut adiuues,
Mihique opem feras:
7 Nec differ obsecro — 7 Adiutor meus & liberator meus es tu, domine ne moreris.
Diutius: meus
Nam solus es potens
Seruator, & deus.

ARGVM. PSAL. 71.

In Absalonica persecutione editus est hic psalmus, in quo commemoratis dei erga se uel etiam à puero beneficijs, optat quoque in senectute ab eo seruari, promittens eius iustitiam & potentiam se prædicaturum, pessundatis omnino eius hostibus. Valet psalmus ad confirmandam piorum in Deum fiduciam.

Psal. 71. Ode dicolos distrophos.

1 Aeternus nitor te deus optime, — 1 In te domine speraui non confundar in æternum, in iustitia tua libera me & eripe me.
Et meum omne in te præsidium loco:
Ne sinas ergo spe penitus mea

Vt frustrer unq̃.
*Sed tua me pro iustitia erue, & *
Libera, atque istis eripe de malis:

2 Inclina ad me aurem tuam, & salua me.

2 Quumq; te inclamo aurem mihi commoda,
Méq; ipse serua.

3 Esto mihi in [a] deū protectorem, [3] & in locum munitum, ut saluum me facias.

3 Et meis ut sim semper ab hostibus
Tutus, hic tu me protege mi deus,
Sis mihi arx munitissima, & omnibus
Præter mihi uni
Inuia, in quam tutus pateat mihi
Quum uolem, ingressus liber & exitus.

[a] Hier. robustū habitaculum. Fel. rupem fortitudinis.

4 Quoniam firmamentum meū & [b] refugiū meum [3] es tu.

4 Tu me enim iampridem pater óptime
Seruare quæris.
Nam mihi rupes, & solida es petra.

[b] Hier. fortitudo mea.

5 Deus meus eripe me de manu peccatoris, & de manu contra legem agētis & iniqui.

5 Impij tu me ergo eripe de manu,
De manu iniusti, nec nisi quod malum est
Ac prauum agentis.

6 Quoniam tu es patientia mea domine, spes mea à iuuentute mea.

6 Spes enim tu fiduciáq; unica
Semper atque expectatio mi deus
Ab iuuenta ipsóq; à puero statim
Mihi fuisti.

7 In te confirmatus sum ex utero, de uētre matris meæ tu es protector meus.

8 In te [c] cantatio [3] mea semper, tanquā prodigiū factus sum multis, & tu adiutor meus fortis.

7 Móxq; q̃ processi ex utero meæ
Matris, innixus sum tibi: nempe tu
Inde me extraxti. 8 quas igitur tibi
Agam aut habebo
Gratias! totum laudibus in tuis
Occupabo me. prodigij in modum
Nempe dum multi me fugerent, mihi
Fiducia & spes

[c] Heb. lam.

9 Repleatur os meū laude ut cantem gloriam tuam, tota die magnitudinem tuā.

Tu fuisti fortissima. 9 personet
Ergo te plenis faucibus os meum:
Et tui laudes nominis omnibus
Cantet diebus.

10 Quúmq; me uires in fenio meæ
Grandiorem annis deficient, age
Obfecro ne me proijcias, neque
Solum relinquas.
11 Nam mei inter fe hoftes, animæ meæ
Rete dum tendunt, & laqueos parant,
Confulunt ut me ijs infidijs fuis
Captent, 12 & aiunt:
Dereliquit planè dominus deus
Illum, & abiecit. Quid ni igitur fuo
A deo abiectum perfequi, & omnibus
Vijs modifq;
Nitimur mox comprendere? non enim
Præfto adeft qui illum foluat & eruat.
Inter hæc fe illi confilia ô deus,
Dolofa tractant.
13 Quare age obfecro, ne nimium procul
Hinc abes, uerùm fubfidium in meum accurre ᵃfeftinus: nec facito moram.
14 Hoftes mei autem
Et pudefiant, & pereant malè:
Obtegátque illos opprobrium & pudor,
Qui uias quærunt omnigenas, mibi ut
Nocere poffint.
15 Interim expectans affiduè tuum
Numen, hinc unum fubfidium, atque opem
(Omnium quum fint fpes hominum nihil)
Certam ᵉmanebo.
Et tuas ad laudes aliquid noui
Semper adiungam carminis, 16 ac tuam
Os meum femper iuftitiam canet.
Simulq; tanta
(Quanq̃ eorum nullos teneo modos)

ᵃ Heb. feftina.

ᵉ Heb. expectabo.

ᶠ Vel. munerũ .i. beneficiorũ dei.

10 Ne proijcias me in tempore fenectutis, quum defecerit uirtus mea ne derelinquas me.

11 Quia dixerunt inimici mei mihi & qui cuftodiebant animam meam confiliũ fecerunt in unum,

12 Dicentes: deus dereliquit eum perfequimini & comprehendite eum, quia non eft qui eripiat.

13 Deus ne elongeris à me, deus meus in auxilium meum reſpice.

14 Confundãtur & deficiant detrahẽtes animæ meæ, operiãtur confufione & pudore quærentes mihi mala.

15 Ego autem femper ᵉ fperabo & adijciam fuper omnem laudem tuam.

16 Os meum annũtiabit iuftitiã tuam, tota die falutare tuũ.

17 Quoniam non cognoui literaturã, ᶠ introibo in potentias domini, domine memorabor iuftitiæ tuæ folius.

Immerenti & tot facta mihi bona
Vt par est, semper memorabit, &
Narrabit omni
Tempore atque hora. nempe ego literas
Quum sciam nullas, psallere si tuo
Nomini possum, tum sapiens mihi
Satis uidebor.
Fretus autem ipse illa egregia tua
O deus uirtute atque potentia,
Nil erit quo non ingrediar lubens,
Memórq; ero dum
Vixero illius iustitiæ tuæ,
Nec rei cuiusq̃ alterius nisi

18 *Deus docuisti me à iuuentute mea, & usque nunc pronuntiabo mirabilia tua.*

Illius solius memor. 18 *ipse enim*
Primis me ab annis
Ad senectutem usque edocuit deus.
Quas ego ob res ad canitiem ultimam
Non quiescam mirabilia omnia
Tua acta cunctis

19 *Et usque in senectam & senium, deus ne derelinquas me.*

20 *Donec annuntiẽ brachium tuum generationi quæ uentura est.*

21 g *Potentiam tuam,[f] & iustitiam tuam deus usque in altissima quæ fecisti magnalia, deus quis similis tibi*

Prædicare. 19 *ergo ne in senio, neque*
Iis diebus me desere in ultimis,
20 *Brachium donec magnificum tuum,*
Tuúmq; robur
Gentibus posthac omnibus, & meis
Propalàm declarauero posteris,
21 *Ac tuam summam iustitiam ô deus*
Tam magnam & altam

g *Heb. id iungunt præcedenti uersiculo.*

Vsque ut in sublime emineat: sed &
Tótq; támq; alta & grandia sunt tua
Gesta, nemo ut se planè hominum tibi
Conferre possit.

22 *Quantas ostẽdisti mihi tribulationes multas & malas: & conuersus h uiuificasti[f] me, & de abyssis terræ iterum reduxisti me.*

h *Héb. uiuificabis.*

22 *Ac licet multus me deus & malis*
Et molestijs afflixeris, attamen

Dum reuerteris, me rediuiuum uti ex
Profunda abysso
Et uelut terræ de barathro erues.
23 *Nam tuam assuetam magnificentiam*
Auctiorem multò & mage diuitem, — 1 Heb. consolaberis.
Abundè in omnes
O deus collatam solito magis
Nuper expertus, spero quòd ipse me
Destitutum rerum auxilio omnium
(Mox quàm reuersus
Mitiorq; effectus fueris mihi)
Auctum & ornatum porrò etiam tua
Gratia consolaberis: 24 *atque ego*
Tuas uicissim — 2 Vel. instrumento nabli.
Pro tuis in me tot meritis nablo
Concinam laudes: & fidibus meis
Ac chely uerax quàm fueris, canam,
Tu qui Israelem,
Et tuos omnes magnificas deus.
25 *Namq; ego unum te non labijs modo*
(Quæ statim q̃ te psallere cœperint
Præclarè ouabunt)
Mente sed pura & pectore candido
Gestio laudare, ac celebrem tuam
Vniuerso orbi promere gloriam:
Hoc est enim unum,
Quod diu optaui, qui toties meam
Liberasti tantis animam è malis,
26 *Nec dies totos quidquam aliud, nisi*
Annuntiandis
In tuis illis iustitijs mea
Occupabit se lingua, probro prius
Et pudore affectis mihi qui malè

23 *Multiplicasti magnificentiã tuam, & conuersus 1 consolatus es me.*

24 *Nã & ego confitebor tibi in 2 uasis psalmi' ueritatẽ tuã deus, psallam tibi in cithara sanctus Israel.*

25 *Exultabũt labia mea hymnũ, quum cãtauero tibi, & anima mea quam redemisti.*

26 *Sed & linguã mea tota die meditabitur iustitiã tuam, quũ cõfusi & reueriti fuerint qui quærunt mihi mala.*

Fruſtra uolebant.

ARGVM. PSAS. 72.

Regis Meſſiæ Chriſti (de hoc enim Chaldæus interpres explicat) regnum aduenire optat, iudicandique illi à patre poteſtatem tradi, ſub quo uniuerſalem fore pacem, ipſumq; ab omnibus gentibus et regibus adoratū iri prædicit, quodq; abiectis uiolentis pauperem et afflictum ſit liberaturus. Demum in dei laudibus pſalmum concludit. Valet pſalmus ad contemplandam nuper nati Chriſti magnificentiam.

Salomoni.

Pſalm. 72 Ode tricolos tetraſtrophos, conſtans ut pſalm. 42.

1 *Deus iudicium tuū regi da, & iuſtitiā tuā filio regis.*

2 *Iudicare populū tuum in iuſtitia, & pauperes in iudicio.*

3 *Suſcipiāt montes pacē populo, & colles iuſtitiam.*

Eget munera iudicis
R *Defer quæſo deus, iuſtitiam & iube*
Regis filius exerceat, 2 et ius populis quoq;
Dicat: iudicium ac tuus
Reddat pauperibus: 3 tunc humili loco
Qui ſunt in populo, ut colliculi, iuſtitiam colent:
Et qui ſunt uelut arduus
Mons, longéq; alijs altius eminent,
In primisq; ſedent, pacifici cum reliquus erunt,

4 *Iudicabit pauperes populi, & ſaluos faciet filios pauperū, & humiliabit calumniatorem.*

4 Quum pro iudice ſe geret.
Rectum reddet enim pauperibus tuus,
Iuſtum & iudicium: nec ſinet illos aliquatenus
Vllam ferre calumniam.

5 a *Et permanebit cū ſole & ante lunā, in generatione & generationem.*

6 *Deſcēdet ſicut pluuia in uellus, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram.*

a *Hie. Et timebūt te quādiu erit ſol, & ultra lunam.*

Quinimò uiolentum opprimet ac malè
Perdet: 5 ſic erit ut te timeant & metuant mali
Cuncta in ſecula, quandiu
Sol lumen dabit & luna ſuum: 6 interim
Tam gratus ueniet regius ille & tuus ô deus,

Charus filius ac pius
Rex,quàm roscidus imber sitientibus
Agris,& pluuia in prata resecta ac nimium arida,
Stillatimq́; fluet uelut
b Hel. iustu. In uellus. 7 siquidem mox ubi uenerit,
Iustorum numerus plurimus & maxima copia
Passim exurget,& affluet
Pax & iustitia:at tandiu, & hactenus
Lumen luna suum quatenus expandet & afferet.

7 Orietur in diebus eius b iustitia & abūdantia pacis. donec auferatur luna.

8 Porrò autem imperium ipsius
Extendetur ab uno mari ad alterum,
Imo à flumine & alto oceano usque intima funditus
Terrarum loca ad ultima,ac

8 Et dominabitur à mari usq; ad mare, & à flumine usque ad terminos orbis terrarum.

9 Coram illo manibus supplicibus cadent,
Atque illum Æthiopes poplite flexo & genibus colēt,
Hostésque eius humi oscula,
Subiectos se ut ei notificent,dabunt,
Telluremq́; suo mordicus ore arripient,uti
Irati faciem illius
Euitent. 10 orientis sed ei quoq;

9 Corā illo procidēt Aethiopes,& inimici eius terram lingent.

Reges,& Cilicum,quiq́; habitant & mare & insulas
Dona ac munera deferent,
Vectigaliáq; illi annua principes
Et reges Arabum,quiq́; Sabæam patriam colunt,
Pendent: 11 at nec in ijs modo

10 Reges Tharsis & insulæ munera offerēt,reges Arabū & Saba dona adducent.

Qui terris habitant:quotquot adhæc habent
Regalis tituli insignia præclaráq; nomina,
Illum suppliciter colent,
Totúsq; orbis ei seruiet. 12 eruet

11 Adorabūt eum omnes reges terræ, oēs gētes seruient ei.

Nimirum à uiolento & ualido diuite pauperem,
Quotq; illius opem petunt
Diffisi auxilio & subsidio omnium: 13 &
Afflictos miserans atque inopes soluet ab omnibus

12 Quia liberabit pauperē à potente, pauperē cui nō est adiutor.

13 Parcet pauperi & inopi, et animas pauperū saluas faciet.

Quaecunque ingruerint malis.

4 Ex usuris & iniquitate redimet animas eorũ, & [c] honorabile nomẽ eorum' coram illo.

4 Illorumq; animas à uiolentia &
Vsura redimet: non etenim despiciat, aut male
Illis afficitur deus.
Quin ipsorum & honorabile nomen, &
Longè chara deo est uita: adeo ut siquis eis nocet,
Non impune diu ferat.

c Heb pretiosus sanguis eorum.

5 Et uiuet & dabitur ei de auro Arabiae, & adorabũt de ipso semper tota die benedicent ei.

5 Aeternum siquidem ut puniat impios
Viuet regia proles: preciosumq; et & optimum
Aurum omnes semel afferent
Reges, & reuerebuntur eum ac colent,
Illiusq; preces assiduas nomine gratiaq;

6 Et erit [d] firmamentum' in terra in summis mõtiũ, [e] superextolletur super Libanũ fructus eius,' & florebũt de ciuitate sicut foenum terrae.

Effundent. 6 siquidem ipsius
Aeuo tam uehemens undiq; tritici
Vis & copia erit, grana etiam ut paucula montium
Ipso in uertice si feras,
Ex illis modicis plurima prodeat
Messis: tantaq;, ut à uento agi eam si accidat, ipsius
Tum credas Libani cedros
Inter se strepere, & concuti ad inuicem
Fragore horrisono. porrò etiã, ut fertili & herbido in
Prato gramina pullulant:
Sic ciuis Solymae multiplicabitur.

d Hier. memorabile triticũ. Pal. multiplicatio frumẽti.
e Pal. Concutietur sicut Libanus fructus eius.

17 Sit nomen eius benedictum in secula, ante solẽ permanet nomen eius.

Et cuncta eius erunt prospera sub tempora, 17 nomini
Quare in perpetuum illius
Laus & fama perennabit: & eius ut
Sole antiquius est nomen, ita & dum radios suos
Sol, lumenq; suum dare

18 Et benedicentur in ipso omnes tribus terrae, omnes gentes magnificabũt eum.

Perget, uiuet & illud: 18 neque quispiam est
Qui non se per eum credat & existimet unicum
Foelicem fore. ab illo enim ut
A fonte omne bonum prodit: ab omnibus
Autem gentibus atque à tribubus magnificabitur,

Et fœlix reputabitur.
19 *Laudetur deus ergo, deus Israel,*
Qui miranda suis uiribus, & non aliena ope
Patrat: 20 *magnifice quoque*
Eius nomen honorabile, & ipsius
In terris species ac decor exundet, amen amen.

19 *Benedictus dominus deus Israel, qui facit mirabilia solus.*
20 *Et benedictum nomen maiestatis eius internum, & replebitur maiestate eius omnis terra, fiat fiat.*

ARGVM. PSAL. 73.

Declarata impiorum insolentia, monet eorum fœlicitate momentanea ne urantur pij: quòd illorum exitus infœlix, piorum autem fœlix sit futurus. Valet psalmus ad consolandam humilium & proborum pauperum tenuitatem, aduersus prauorum insolentiam et temporaneam fœlicitatem.
Canticum Asaph.

Psal. 73. Ode dicolos distrophos, constans priore metro hexametro heroico, altero dimetro.

a *Hie. Et tamē. Bel. certe.*

1 *Tcunq; ex animo succedant omnia prauis,*
V *Attamen Israeli bonus est deus:*
Nimirū ijs puro qui corde & pectore mūdo
Contemplantur eum. 2 *nihilo tamen*
Vrebar minus insanis siquando uiderem
Accidere & stolidis læta omnia,
Prosperáq; iniustis succedere. quumq; ea mecum
Omnia mente animóq; reuoluerem,
Indigna esse putans, modicum abfuit, ut mihi gressus
Lapsi sint: & (ut accidere assolet
Ijs qui imprudentes temerè per lubrica currunt)
Quin gressu effuso titubauerim:
4 *Sicq; indignabar: Quid enim est quòd nō modo uitā*
Ærumnis plenam atq; molestijs
Non degunt, placidam at nullo in discrimine uitam

b *Hie. uacillarunt.*

c *Hie. Quòd nō recogitauerint de morte sua, & firma sint uestibula eorum. Bel. Quoniam non sunt ligamina in morte eorū, quippe forte robustum, i. uis & fortitudo est in eis.*

1 a *Quàm bonus Israel deus ijs, qui recto sunt corde.*

2 *Mei autem penè* b *moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei.*
3 *Quia zelaui super iniquos, pacem peccatorum uidens.*

4 c *Quia non est respectus morti eorū, & firmamentum in plaga eorum.*

Omnino absq; mali sensu sui
Vt senio confecti obeunt, neque corripit illos
Morbus, sed uegeto sunt corpore
Dum uiuunt, suáq; extincti fastosa relinquunt
Et palatia regia posteris!

5 In labore hominũ nõ sunt, & cũ hominibus non flagellabuntur.

5 *Nulla illos, hominum cui planè obnoxia uita est,*
Opprimit affligitue molestia:
Nec quisquam illorum est plagis qui uapulet ullis,
Quum tamen interea nemo pius
Immodicis non uapulet: [d] *inde superbia totos*
Possidet & circundat eos, & ut
Totum hominem uestis tegit undiq; longior, illos
Sic sua conuoluit uiolentia:

6 [d] Ideo tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate & impietate sua.

[d] Hier. Ideo nutriti sunt ad superbiã. Sã. Ideo instar torquis coronauit eos superbia. Fel. Propterea onerauit eos superbia.

7 *Prosperitate tument sicut pinguedine eorum*
Omnibus usque oculi pleni bonis:
Vnde etiam ipsorum tanta hæc uiolentia prodit.
Nam plusquàm dici uel concipi
Possit, rite ualere, & rem gerere optime ubi se
Cognouere, sibi planè omnia
Permisere, suáq; ut bruta cupidine ducti
Excessere modum, & petulantia
Diffluxere: adeo ut sint horrori atque pauori
Ob fastum immensámq; potentiam
Omnibus. [8] *at uerò longè deterrima noxa est,*
Quòd nolunt latitare, sed omnia
Perpetrant admissa palàm, & sua crimina coràm
Iactant, publicáq; esse uolunt sua:
Atque alios tanq̃ sublimi ex arce loquentes
Despiciunt: [9] *neq; mortales modo*
Opprobrio afficiunt, in cœlum os ponere durum
Blasphemumq́; audent: neq; quispiam
Illorum est expers uirosæ linguæ & amaræ.
Quotquot sunt qui totum orbem incolunt.

7 [e] Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum, trãsierunt in affectum cordis.

[e] Hie. Processerũt à pinguedine oculi eorũ, trãsierũt cogitationes cordis. San. Egressi sunt præ adipe oculi eorũ, transierunt cogitatiões cordis. Fel. Egressus est præ pinguedine oculus eorũ, trãsgressi sunt cogitationes cordis.

8 Cogitauerunt & locuti sunt nequitiam, iniquitatem in excelso locuti sunt.

9 Posuerunt in cœlũ os suũ, & lingua eorum transiuit in terra.

10 *Nec satis est uitium suum eis, nisi ad impia secũ*
Flagitia abducant populum tuum,
Cui malè persuadent nil unquam defore, uerum
Semper abundantes esse impios.
(Etsi aquæ eis contra interea obtrudantur amaræ,
Quodq; malos foecundior omnium
Vbertas rerum maneat, quòd longior ætas.
11 *Atque isthæc nequaquam intelligit*
Impius esse sibi detrimento: mage uerò
Vecors ignarusq; sui mali
Dicere sic audet: Deus omnia scilicet ista
Nouit! & isthæc cura uidelicet
Est superis! 12 *nam passim hic atq; ille impius amplas*
Diuitias bonáq; innumera obtinent,
Et uitam ducunt per tempora longa beatam.
13 *Quare etiam multos & me subit*
Pensare, atq; animo secum sic uoluere: frustra
Ergo uitam insontem ducere,
Frustra munditiei operam studeo dare, mundas
Frustra præ me ferre manus, & ab
Omni delicto lotas, 14 *si me impius omni*
Tempore persequitur, si me ut lubet
Totos usque dies affligit, nocte flagellat,
Et mane immeritum summo increpat.
15 *Ipse autem si sic ego cogito, si uelut illi*
Impia uerba loqui delibero,
Non possum miseros non ducere, & abijcere illos,
Qui tibi sunt filij ut charissimi.
16 *Rursus si rerum causas scrutarier harum*
Occipio, labor atque molestia
Mî mentem atque animum torquent, nil tale ualentem
Concipere aut animo comprendere,
17 *Donec in ipsa dei penetrem sacraria, & illic*

Hie. & quis plenus inuenietur in eis. San. & tel & aquæ pleni sub. calicis, exprimentur illis.

10 *Ideo cõuertetur populus meus hic, & dies pleni inuenientur in eis.*

11 *Et dixerũt, quomodo scit deus & si est scientia in excelso.*

12 *Ecce ipsi peccatores, & abundantes in seculo, obtinuerũt diuitias.*

13 *Et dixi: Ergo sine causa iustificaui cor meum, & laui inter innocentes manus meas.*

14 *Et fui flagellatus tota die, & castigatio mea in matutinis.*

15 *Si dicebã narrabo sic, ecce nationem filiorum tuorum reprobaui.*

16 *Existimabam ut cognoscerem hoc, labor est ante me.*

17 *Donec intrẽ in sanctuarium dei, & intelligam in nouissimis eorum.*

Qui fines illorum, intelligam:
Quíq; etiam insontes manet exitus atque nocentes.
18 Quanquam quæ reputant fœlicia
Peruersi, potius dica fallacia debent:
Quippe bonis illis fallacibus
Atque fugacibus imponit reprobis deus: utq;
Stare nequit quisquis per lubrica
Currit, ita instabilis penitus fortuna malorum est.
Præcipites illos siquidem dabis:
Et quum suppetias sperabunt, funditus illos
Deijcies. 19 sed quàm celer ô deus
Illorum interitus, q̃ desolatio præceps:
Quamq; repentina est uastatio!
Sic etenim periere, uelut non ante fuissent.
Consumpti diris horroribus.
20 Et ueluti nummos plena dum somniat arca
Pauper, & esuriens conuiuia,
Quanq̃ lætari sese inter somnia credunt:
Quum primum tamen euigilauerint,
Ille arcas uacuas, hic uentrem offendit inanem:
Non secus optatis quanquam improbi
Prorsus ad arbitrium uita potiuntur in ista,
Nil aliud tamen est nisi somnium,
Et breuis ac fallax illa exultatio, & umbra.
Quinimò simulachra & imagines
Illorum, ac statuas spectandas, quas sibi in urbe
Erexerunt, ac medio in foro
Maiorum insignes titulis & nomine auorum,
Ad nihilum rediges, ut ne quidem
Vel nomen superet illorum, mentióue ulla.
21 Quumq; ego mecum isthæc studia impij
Mente animoq; recordarer tam rite ualentis,
Nec bene diuini perpenderem

18 Verùntamẽ g propter dolos posuisti eis, deiecisti eos dũ alleuarentur.

19 Quomodo facti sunt in desolationẽ subito defecerũt, perierũt propter iniquitatem suam.

20 Velut somnium surgẽtium domine, in ciuitate tua imaginem ipsorũ i ad nihilum rediges.

21 k Quia inflámatum est cor meũ, & renes mei cõmutati sunt, & ego ad nihilum redactus sum & nesciui.

g Heb. in lubrico posuisti siue pones eos.

h Hie. cõsumpti sunt quasi non sint. Vel. cõsumpti sunt à repẽtinis erroribus.

i Vel. negliges.

k Hier. Quia contractum est cor meum, & lumbi mei uelut ignis fumigans. Vel. Quoniam acescet cor meũ & renibus meis cõpungar. pro eo uerò quod sequitur in ecclesiastica uersione, & ego ad nihilũ redactus sum: Heb. habent, & ego insipiens, & non cognoui, iũgunt que uersui sequenti.

Mentem consilij, quodam macerabat acore
Indignabundum se cor meum:
Et pungebantur diuersis undiq; curis
Renes ac lumbi mentis meæ.
22 *Sic ego stultus & imprudens errabā, & apud te* — 22 *Vt iumentū factus sum apud te, & ego semper tecum.*
Sic eram uti brutum & stolidum pecus.
Nec tamen interea tu me curare deus mi
Cessabas: nam tecum ego iugiter,
Tu semper mecum. 23 *Quòd si me quando parumper* — 23 *Tenuisti manum dexterā meam, & l in uoluntate tuā deduxisti me, & cum gloria suscepisti me.*
l Heb. in cōsilium tuum. — *Nutare aut titubare in lubrico*
Contigit, hic prensa confestim substinuisti
Dextera, & in quamcunq; mihi uiam
Pergendum fuit, aut quodcunq; opus aggrediendum,
Adiutum me consilio tuo
Quo uia ducebat deduxti: pòst quoque multa
Suscipies cum gloria honoreq;.
24 *Nā mihi quæ merces in cœlo, & quanta reposta est?* — 24 *Quid enim mihi est in cælo? m & à te quid uolui super terram?*
m Hie. & tecū uolui in terra. San & tecū nolui quippe in terra. — *Quid porrò in terris cupio & uolo,*
Præter te solum atque unum? 25 *præ cuius amore* — 25 *Defecit caro mea & cor meū, n deus cordis mei & pars mea deus in æternum.*
Et desiderio nimis anxio
n Her. robur. — *Deficit me animus meus, & mea me caro penè*
Destituit, nisi tu cordis mei
Robur fulcires illud. nam tu mea solus
Portio, pars & in æternum mea.
26 *Contrà autem qui te abijciunt, & longius abs te*
Per peccatum abeunt, dubio procul, — 26 *Quia ecce qui elongāt se abs te peribunt, perdidisti omnes qui fornicātur abs te.*
Planè pessum ibunt: & te quicunq; relicto
Fornicans alij coniungitur,
Résque tibi illicito præponit amore creatas, — 27 *Mihi autē adhærere deo bonū est, o ponere in domino deo spem meam.*
o Heb. posui. p Hie. annunciationes. Fel. missiones. San. opera. — *Hunc male tu perdes, & destrues.*
27 *Inde deo prorsus me addicere, fidereq; illi* — 28 *Vt annuntiē omnes p prædicationes tuas q in portis filiæ Sion.*
Semper ego in rebus duxi optimis.
q Hæc desunt Hebræis. — 28 *Vt tua gesta deus narrare ingentia possim*

Ad Solymæ atque Sionis ianuas.

ARGVM. PSAL. 74.

Templi incendium, sanctæque ciuitatis uastationem prædicit hoc psalmo uates, postulãs à deo per uetera sua in Hebræos beneficia, ut afflictorum tandem memor, hostium insolentiam suorũ compescat. Quidam ad captiuitatem Babylonicam referunt, alij ad Machabæorum tempora sub Antiocho, alij ad excidium Hierosolymitanũ, imperantibus Vespasiano & Tito.

Psal. 74. Ode dicolos distrophos. ut psal. 5.

1 VT quid inæternum nos abijcis atq; repellis?
Compascuũ quur in tuũ mi deus ira gregem
[a]Fumat, & ebullit tua? 2 Vel tandẽ memor esto,
Cœtus tui, quem iamdiu non minimo precio
Sed grandi ære redemisti tibi, 3 & asseruisti à
[b]Iugo atque seruitute durissima, ut imperium
Tanquam hæres in eum acciperes: memor esto Sionis,
Quam tu tibi elegisti, eam ut perpetuò incoleres.
4 [c]Inq; pedes rectos te mi deus erige, ut illam
Superbiam hostium tuorum inspicias, & eos
Æternis miserè perdas uastésque ruinis.
Et erige ultricem manum aduersus eos: etenim
Cui non illorum fraus ac uiolentia nota est?
5 Quum sanctuarium tuum polluere, atq; manum
Ausi sunt illi uiolentam afferre, 5 tuóq;
[d]In sanctuario tui fœderis immemores,
Cœpere in morem sæuũ rugire leonis,
Et insolescere, & pauorem omnibus incutere:
6 Quumq; tui in medio templi uexilla locarunt

1 Vt quid deus repulisti in finem, a iratus est furor tuus super oues pascuæ tuæ?
2 Memor esto congregationis quã possedisti ab initio.
3 Redemisti uirgã hæreditatis tuæ b mons Sion, in quo habitasti in eo.
4 c Leua manus tuas in superbias eorũ in finem quãtum malignatus est inimicus in sancto.
5 d Et gloriati sunt qui oderũt te, in medio solẽnitatis tuæ.
e Posuerunt signa sua e signa, & non cognouerunt sicut in exitu super summũ.

a Heb. fumabat.
b Heb. montem.
c Hie. Sublimitas pedum tuorũ dissipata est usq; ad finẽ. Fel. Exalta percussiones tuas ad ruinas in æternum.
d Fel. fremuerũt hostes tui in medio pacti tui. Fel. rugierunt hostes in medio templi tui.
e Hie. In trophæum.
f Hie. manifesta in introitu desuper. Fel. cognoscetur uelut adducẽs superius. Sanc. cõtritũ est sicut adducens superne.

Victoriæ tanquam suæ insignia: nec ueriti
Sunt cunctis cernentibus ad fastigia templi
Ascendere: 7 indéq; haud secus cædua q̃ nemora
Ingressi passim ligna ad cædenda bipenni
Euertere omnia, & fores cunctáq; sculptilia,
Atque imo penitus templum conuellere fundo:
8 Sed & sacrarium tuum incendere. porrò quoq;
Funditus euertêre tuas ædes, ubi nomen
Sanctum tuum inuocatur, & non aliter penitus
Conspurcauerunt q̃ sordida equilia: 9 quin &
Deliberauerunt apud se omnia diruere:
Depopulemur eos (aiebant) funditus omnes.
Neq; id modo dixere: sed delubra, quotquot erãt
Æterno sacrata deo: planè omnia flammis
Dedere, sic festa ut dies nulla deo fieret.
10 Necdum signa tamen parent quæ pollicẽantur
Iis liberandos nos malis: sed neq; præterea est
Qui queat optatam nobis afferre salutem
Propheta uatésue ullus, aut scire quis istius est
Ærumnæ finis, mala quatenus ista uigebunt.
11 Quis ergo contumeliæ atque istius opprobrij
Finis erit, quo te tuus ô deus afficit hostis,
Tuumq; sanctũ nomen? an perpetuo hæc ita erũt?
12 Vltricem te quæso manum quid contrahis? era
Quid tandiu te contines? quin magis exeris, &
E gremio profers ultricem æquissime dextram?
13 Rex est enim meus deus, nõ modo tẽpore in hoc,
Verùm etiam pridem atq; ante omnia secula: cui quũ
Placet salutẽ haud clãculũ, sed palã & in medio
Terræ adfert quibus illi uisum est. nam mare quondã
Virtute dissipans tua immania monstra in aquis
Contristi ô deus, & fracta ceruice dracones,

g Hie. & nũc sculpturas eius pariter bipẽne & dolatorijs deraserunt.

h Hie. posteri eorum simul. San. depopulemur eos pariter.

i Hie. incenderunt omnes solẽnitates dei in terra. Fel. cõbusserunt omnia templa dei in terra.

k Hie. & non est nobiscum qui sciat usq; quo. Sub. hæc afflictio durabit.

l Heb. blasphemabit.

m Hie. cõsumẽs. Fe. aufer.

n Heb. dissipasti.

7 Quasi in sylua lignorum securibus g exciderũt ianuas eius in idipsum: in securi & ascia deiecerunt eam.

8 Incenderũt igni sanctuariũ tuum in terra, polluerunt tabernaculum nominis tui.

9 Dixerũt in corde suo, h cognatio eorũ simul: quiescere faciamus i omnes dies festos dei à terra.

10 Signa nostra nõ uidimus, iam nõ est propheta, k & nos non cognoscet amplius.

11 Vsquequo deus improperabit inimicus, l irritat aduersarius nomen tuum in finem?

12 Vt quid auertis manũ tuã, & dexteram tuam de medio sinu tuo m in finẽ?

13 Deus autẽ rex noster operatus est salutẽ in medio terræ.

14 Tu n cõfirmasti in uirtute tua mare, cõtribulasti capita draconum in aquis.

15 Interq; beluas maris leuiathan capita
Multifida infringens tribuisti prorsus edendum
Coruis heremiq; incolis, Æthiopumq; fero &
Immani populo: 16 fontesq; erumpere e dura
De rupe fecisti, simulq; irriguos fluuios.
Contra immania desiccasti flumina, sic ut
Sicco pede essent peruia, ijs qui dominu atq; deum
Prorsus adorabant. 17 porro quod sydera nocte
Et sol die lucent, tibi uni deus omnipotens
Acceptum ferimus, qui sic fabricatus eorum es,
Per mutuum inter se ordinem, munus & officium,
Auroramq;, orientis ut esset nuntia solis:
Solemq; fecisti simul noctiuagamq; Hecaten.
18 Tu terræ pro natura cœliq; soliq;
Suum ordinasti terminum: tu gelidas hyemes
Veris temperiem calido discernis ab æstu.
19 Atqui memor sis ô deus non modo nos miseros
Ac uiles homines opprobrijs non tolerandis,
Dirisq; contumelijs affici ab hoste truci:
Sed de illis bene te meritum. Vide ut insipientes
Nomen tuum execrentur populi. 20 ne igitur
Dede feris animam tibi cantica dulce sonantem,
Mitemq; more turturis: neue tuorum animas
Pauperum maternum pius obliuiscere: 21 Contra
Ad fœdus illud intuere obsecro, cum patribus
Quod nostris ictum est: adeo namq; impius hostis
Viros pios sectatur & persequitur, loca quod
Subterraneaq; & tenebris teterrima densis,
Ibi ut latentes uictitent (non secus atque lupos
Dum fugiunt agni) coguntur quærere: nec sic
Tuti quidem: tam plena sunt scilicet omnibus in
Gentibus atque locis scelerum omnia. 22 ne studiosos
Ergo tui ô deus, licet pluribus usque malis

15 Tu cōfregisti capita o draconis, dedisti eū escam populis Aethiopum.

16 Tu dirupisti fontes & torrētes, tu siccasti p fluuios Ethan'.

17 Tuus est dies, et tua est nox, tu fabricatus es q auroram' et solem.

18 Tu fecisti omnes terminos terræ, æstatem et r uer' tu plasmasti ea.

19 Memor esto huius, inimicus improperauit domino, et populus insipiens incitauit nomen tuū.

20 Ne tradas bestijs t animas confitentes tibi' et animas pauperū tuorum ne obliuiscaris in finem.

21 u Respice in testamentū tuū, quia repleti sunt qui obscurati sunt terræ domibus iniquitatum.

22 Ne auertatur humilis factus cōfusus, pauper & inops laudabunt nomen tuū.

o Heb. Leuiathan.

p Hie. et Sanct. flumina fortia.

q Hie. luminaria.

r Heb. hyemem.

s Hie. blasphemauit.

t Hie. animā eruditam lege tua. Sanc. et Fel. animam turturis tuæ.

u Hie. Respice ad pactum, quia repletæ sūt tenebris terræ habitatiōes iniquæ subruetæ. Fel. Respice ad fœdus, quoniam repletæ sūt obscuritate terræ habitacula iniquitatis.

Afflictos & contritos sine quaeso repulsam
Abs te pati: nec quum preces & sua uota tibi
Reddiderint, ignominiae permitte patescant.
Augustum enim nomen tuum laudibus usq; uehet
Pauper & afflictus. 23 *surge ergo atq; accipe causam* — 23 Exurge deus iudica causam tuã, memor esto improperiorum tuorum quae ab insipiente sunt tota die.
Tuam, & uide iam qualibus te opprobrijs stolidi
Afficiãt. Quid enim est tibi quod non tẽpore in omni
Illi exprobrent! 24 *nec hostium qui tibi continuẽ* — 24 Ne obliuiscaris uoces inimicorũ tuorum x superbia eorum qui te oderunt ascendit semper.
Insultant, diras iam iam obliuiscere uoces:
Quorũ superbia & tumultus magis atq; magis — x Hier. sonitus. Fel. strepitus.
Iugiter ascendit: nam qui te odere superbi
Eo insolescunt amplius, quo mage eos toleras.

ARGVM. PSAL. 75.

Sub typo Dauidis se cum ecclesia deo patri laudes daturum pollicetur Christus, qui se iudicem professus & omnium opificem, impios admonet ut resipiscant, alioqui se eorum cornua confracturum: hoc est fortitudinem & potentiam: pios autem exaltaturum. Proprius est psalmus ad confirmandam piorum in deum fiduciam.

Psalm. 75. Ode monocolos, constans hendecasyllabo phaleucio.

Iam te extollere laudibus deus mi,
1 *Iam te extollere coepimus, tuumq;* — 1 Confitebimur tibi deus confitebimur, & inuocabimus nomen tuum.
Praesens numen & admodum propinquũ
Posthac (quod solita benignitate
Nobis sensimus adfuisse) nostris
In caelum modulis uehemus usq;.
Et miracula q̃ta quotq; nostra
Causa feceris, uniuerso in orbe — 2 Narrabimus mirabilia tua, quum accepero tẽpus, ego a iustitias[1] iudicabo.
Enarrabimus, & palàm atq; apertè — a Hier. recta. Sanct. recte.

Prædicabimus.ergo ne timete
Quidq̃ prorsus ab impijs fideles,
Deum quominus euehatis usque in
Cælum laudibus:ipse enim statutum
Quum nactus fuero atque præstitutum à
Patre tempus,& aggregaro sanctam
Illi ecclesiam ab omnibus locis &
Gentibus,mihi uendicabo rectum ac
Iustum iudicium,nec impiorum
Tantum facta palàm improba atque praua,
Sed quæ iusta uidentur arbitratu
3 Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea,ego confirmaui columnas eius. *Carnis rectáq;,iudicabo.* ³ *Terram*
Verò & quotquot eam incolunt statimq̃
Iudex ad rigidum tribunal ibo
(Quanq̃ eius stabiliuerim columnas)
Sic metu quatiam & tremore,ut omnes
Horrore atque pauore colliquescant,
Saluis interea & metu solutis
Pijs,quos uti fulcra uel columnas
Elegi mihi:scilicet suos ut
Substentare sciant queántue fratres.
4 Dixi iniquis nolite inique agere, & delinquentibus nolite exaltare cornu. ⁴ *At stultus simul improbisue dixi:*
Ne stulti este,nec impiè maligna
Aut peruersa patrate:néue uestrum
Aduersus dominum deúmq; cornu
5 Nolite exaltare in altum cornu uestrũ, b nolite loqui aduersus deũ iniquitatẽ. ⁵ *Exaltate,& in eum nimis superbè*
Viréſque immodicas opésq; multas b Hebr. ne loquamini cum ceruice elata.
Iactate:ac nimis insolenter erga
Illum uos gerite,aut iniqua contra
Illum promite uerba,neu superbo &
Ceruicoso animo nimísq; duro
Cristas erigite:hac enim arte magnum
Nemo unq̃ solidéq; se beatum

Possit reddere: [e] nam nec ipso ab ortu
Occasuue meridieue calda
Algentiue aquilone magnitudo
Cuiusq̃ esse potest, supráq; se qui
Se exaltauerit, haud deum latebit,
Vel si currat ad usque solis ortum aut
Occasum atque meridiem, algidiue
Terminos aquilonis, aut eremum.
Iudex est etenim omnium deus, quem
Nil latere potest. [7] is unus atque
Solus pro arbitrio modo hunc modo illum
Exaltat, modo deijcit: suóq;
Eiectis solio uiris superbis,
Loco illorum humiles iubet sedere.
In manu siquidem dei calix est
Vini plenus & optimi & meraci,
Turbidi tamen atque feculenti
Mixtus utpote fecibus simul cum
Meraco: maledictionis autem est
Diuiniq; calix furoris, unde
Propinabit, & impijs bibendum
Donabit deus, [8] hinc & inde miscens.
Nec feces tamen exinanientur
Turbidi calicis, licet bibant &
Sugant plus nimio uniuerso in orbe
Quotquot praui habitant, quibus supersunt
Feces perpetuæ furoris eius
Bibendæ, neque prorsus ebibendæ.
[9] Et hanc ipse ego semper ultionem,
Quæ tandem manet impios, licet nunc
Imperare uideantur indicabo,
Et palàm faciam omnibus, deóq;
Protectori Iacob meóq; psallam:

e sub falm est. uelut Hebr. exaltatio.

p Hebr. quippe feces eius sugent.

e Quia neq; ab oriente neque ab occidente, neq; à desertis e montibus, quoniam deus iudex est.

7 Hunc humiliat & hunc exaltat: quia calix in manu domini uini meri plenus mixto.

8 Et inclinauit ex hoc in hoc, d uerumtamen fex eius non est exinanita, 9 bibent oẽs peccatores terræ.

9 Ego autem annunciabo in seculum, cantabo deo Iacob.

20 Et omnia cornua peccatorum confringam, & exaltabũtur cornua iusti.

20 Et frangam simul omnium impiorum
Vel durissima cornua. at piorum
Vires cornuáq; erigam, atq; sursum
Exaltabo, mihi perenne ut uni
Vendicem semel asserámq; regnum.

FINIS,

Errata.

Folio. 23 pag. 2, uersu 4. etiam, lege & tam. fol. 17. pag. 2. uer. 4. blahemia, lege blasphemia. fo. 18. pa. 2. uer. 25. ut etiam, lege ut te etiam. fo. 30. p. 2. uer. 29. Illa in tua, lege in illustri tua. fo. 33. pa. 1. uer. 20. Hostium, lege in hostium. fo. 34 pa. 2. uer. 21. de suæ, lege de sua. fo. 35. p. 2. uers. ultimo, aliquid, lege aliquod. fo. 36. p. 1. uers. 16. cero, lege certo. Ibidem in margine interiore. sole, lege soli. fo. 37. pa. 1. uers ultimo, religiosuis, lege religiosius. fo. 38. pa. 1. uer. 3. conspurcans, lege conspurcant. Ibidem uer. 20. meis, lege meos. fo. 39, pa. 2. uer. 25. quietem, lege quietam. fo. 40. p. 2. uer. 30 mutabit, lege nutabit. fo. 46. p. 2-uers. 1. delicijs, lege lautitijs. fo. 56. pa 2. uer. 28. afferte eia, lege eia age. fo. 57: pa. 2. uer. 2. ueluti in, dele in. Ibidem uer. 3. morem, lege instar. fo. 71. pa 2. uers 2. ut incessum, lege at incassum. fo. 89. pa. 1. uers. 8. ieiunijsque, lege ieiunusque. fo 96. pa. 2. uer. 8. aggregat, lege aggregabat. fo. 105. pa. 2. uer. 18. penitus, lege penitas. fo. 115. pag. 8. uers. 3. Quumq;, lege. quamque. fo. 125 pag. 1. uers 24. Agunt, lege. agant. fo 131. pag. 2. uer. 2. illum, lege hunc. fo. 148. pa. 1. uer. 18. multis, lege multas. Ibidem uer. 28, uiuant, lege uiuent.



